UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Synopsis || Rerum Variarum || Ab || Orbe Condito Ad Sæculum Nostrum XVIII. || gestarum, simúlque ||

Kolb, Gregor

Augustæ Vindelicorum, 1724

VD18 14497743

urn:nbn:de:hbz:466:1-64332

Visual Library

K 1/11. 29.
~~29~~

Th. 4894.

SYNOPSIS RERUM VARIARUM

A B

ORBE CONDITO AD SÆCULUM NOSTRUM XVIII.

gestarum, simúlque

In

I. Testamentum Vetus,
II. Seriem Romanorum Pontificum, &
III. Seriem Romanorum Imperatorum

Distincta:

In Alma atque perantiqua

CÆSAREO-AUSTRIACA UNIVERSITATE

FRIBURGI BRISGOIÆ

Disputationi Anno M. DCC XIX. & XXII. publicæ

subjecta,

PRÆSIDE

P. GREGORIO KOLB, S.I.

Professore Ordinario.

Collegii Soc. Jesu Paderborna 1725

Editio Secunda.

Cum Facultate Superiorum.

AUGUSTÆ VINDELICORUM.

Sumptibus Georgii Schlüter & Martini Happach, 1724.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SYNOPSIS TESTAMENTI VETERIS SEU HISTORIÆ SACRÆ.

LIBRI TESTAMENTI VETERIS.

PArtes Librorum Testamenti Veteris sunt quatuor.

Pars I. seu *Lex* dicta habet libros quinque, scilicet 1. Genesis. 2. Exodi. 3. Levitici. 4. Numerorum. 5. Deuteronomij. Vocantur etiam *Pentateuchus*, quem conscripsit Moyses.

Pars II. Historia appellata continet libros septendecim, scilicet 1. Josue. 2. Judicum. 3. Ruth. 4. quatuor libros Regum. 5. duos libros Paralippomenon. 6. duos libros Esdræ. 7. Tobiæ. 8. Judith. 9. Estheris. 10. Job. 11. duos libros Machabæorum.

Jam verò librum Josue probabiliùs conscripsit ipse Josue, exceptis rebus ultimis, quas addidit vel Propheta Samuel, vel Esdras Sacerdos. Librum Judicum tribuunt Samueli *72. Interpretes.* Eidem Samueli adscribunt alij librum Ruth & I. Regum. Librum II. Regum & partem III. scripserunt Nathan & Gad Prophetæ. Partem lib. III. alteram adscribunt *authores graves* Jeremiæ Prophetæ.

Duos libros Paralippomenon scripserunt Prophetæ illorum temporum. Duo libri Esdræ ferunt nomen Scriptoris, scilicet Esdræ Sacerdotis. Librum Tobiæ quis scripserit, haud satis notum est. Librum Judith scripsit Eliachim seu Joachim Sacerdos, *teste Josepho.*

Librum Estheris scripsit Mardochæus. Librum Job an ipse, vel partem libri maximam, vel fortè totum Moyses conscripserit, incertum est.

Duos libros Machabæorum probabiliter scripsit Hircanus filius Simonis Sacerdotis.

Pars

Pars III. Seu Sapientiæ dicta continet libros quinque, scil. 1. Proverbiorum. 2. Ecclesiasticis. 3. Canticorum. 4. Sapientiæ. 5. Ecclesiastici. Tres horum, teste C. Bellarmino, sine controversia scripsit Rex Salomon; imò etiam quartus eidem tribuitur ex communi consensu antiquorum Patrum. Librum Ecclesiastici scripsit Syrach.

Pars IV. Sunt Prophetiæ, quarum unà cum Psalterio Davidis 17. numerantur, nimirum

1. Psalterium Davidis. 2. Prophetia Isaiæ. 3. Jeremiæ cum Baruch. 4. Ezechielis. 5. Danielis, qui vocantur Prophetæ Majores. 6. Oseæ. 7. Joelis. 8. Amos. 9. Abdiæ. 10. Jonæ. 11. Micheæ 12. Nahum. 13. Habacuc. 14. Sophoniæ. 15. Aggei. 16. Zachariæ. 17. Malachiæ.

Atque descripta hactenus Prophetarum nomina indicant authores seu Scriptores Prophetiarum, quæ non eodem ordine temporum fuerunt conscriptæ, quo ordine hoc in loco veniunt Prophetæ singuli, uti satis etiam Seculorum Series inspicienti eam dictabit.

SYNOPSIS
AB ORBE CONDITO USQUE AD DILUVIUM.

NOminatissimi in Sacro Codice Patriarcharum, Sacerdotum & Regulorum instar regnârunt ante Diluvium

1. Adamus Protoparens, qui *vixit annis* 930.
2. Abel Adami filius Caini mali frater bonus 129.
3. Seth Caini natus 912.
4. Enos Sethi Soboles Deo dilectissima 950.
5. Cainan filius Enos 910.
6. Jared Cainani nepos, Malaelis filius. 962.
7. Henoch Jaredi filius an. ætatis suæ 365. mundi 922. raptus servatur interea mortalibus usque ad Anti-Christi tempora.
8. Mathusalemus Henochi filius omnium mortalium ætate maximus vixit annos 969.
9. Lamech Mathusalemi filius Noemi Pater 777.
10. Noe Arcæ Conditor an. Mundi 1050. ante Diluvium annis 600. natus, inter corruptos jam seculi mores constanter Deo addictissimus & dilectissimus superavit annos 950.

SÆCULA Mundi à Diluvio.	Patriarchæ Testamenti Veteris.	Pontifices & Sacerdotes Testamenti Veteris.	Prophetæ Testamenti Veteris.
SÆCULUM Mundi.	Noemus pater Semi & sic deinceps.	Noemus sedatis diluvij aquis altare erexit & victimas DEO obtulit ob singularem sui & suæ familiæ conservationem. Functus est igitur munere Sacerdotis.	Noemus videtur ore prophetico multa prædixisse, dum expergefactus filio suo Cham & nepoti suo Chanaan maledixit, Sem verò & Japhet bene precatus est.
	Sem.		
XVII.	Arphaxad, natus an. m. 1659.		
	Cainan junior. an. 1694.		
	Sale. an. 1724.		
XVIII.	Heber. an. 1754.	*Gen. 8.* an. M. 1657.	*Gen. 9.* an. M. 1671.
	Phaleg. an. 1788.		
	Reu. an. 1818.		
XIX.	Sarug. an. 1850.		
	Nachor. an. 1880.		
XX.	Thare. an. 1909.		
	Gen. 10. & 11.		
SÆCULUM Mundi.	Mortuus est Noe. an. M. 2006. vixit an. 950.	Abraham invalescente inter Chaldæos idololatria vel à puero jam fuit totus pro vera Religione, immolans victimas DEO & munus Sacerdotis peragens. *S. Chrys. S. August. & alij.*	Cùm Abrahamo crebriùs contingeret cum DEO & Angelis colloqui, atque ex eis futura intelligere, hinc pronum est credere Abrahamum sæpe vatem fuisse, atque suis posteris per duo pene secula varios rerum eventus prædixisse, uti satis indicat *Baron. Salian.* & *auctores alij passim*; imò *ipse liber Gen.*
	Mort. Phaleg 2026. vixit 239.		
	Natus est Abraham an. M. 2039.		
XXI.	Mansit in Chaldæa usque ad annum ætatis 70.		
	Conjugium contraxit cum Sara nepte ex fratre an. æt. 30.		
	Mort. Rheu an. M. 2056. vixit an. 239.		
	mort. Sarug an. M. 2079. vixit 230.		
	Mort. Arphaxad an. M. 2096. vixit 438.		
SÆCULUM Mundi.	Abraham ex Ur Chaldæorum urbe evocatus est an. M. 2108.	Abraham & vir & Senex perrexit implere munus Sacerdotis constantissimè uni DEO adhærens. *Salian.*	Sæpiùs apparuit etiam Isaaco DEus, & eundem de rebus venturis edocuit, unde & Isaacus propheram haud semel egit. *Salian.*
	Mansit in Mesopotamia. an. 5.		
	Mortuus est Thare an. M. 2113. vixit an. 205.		
XXII.	Legem circumcisionis accepit an. ætat. 99. M. 2138.	Melchisedech Sacerdos occurrens Abrahamo victori Codorlahomor reguli, sacrificium DEO obtulit, & decimas ab eodem Abrahamo accepit. *Gen. 14.* an. M. 2118.	Rebecca conceptis geminis fratribus fit oraculum de ijsdem an. 2198.
	Natus est Isaac an. patris 100. M. 2139.		
	Mortuus est Sem coævus quindecim generationibus an. M. 2158.		
	vixit an. 600.		
	Isaac se victimam paravit an. æt. 25. M. 2163.		
	duxit Rebeccam. 2178.		

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Miracula insignia Testamenti Veteris.	Incrementa Ecclesiæ Veteris.	Damna Ecclesiæ Veteris.	Bella, Dissensiones, & alia varia.
Iris in cœlo exhibetur tanquam Signum ibi non merè naturale, sed supernaturale & pignus de non redituro diluvio universali. *Salian.* an. M. 1657. Insani mortalium conatus turrim Babel ædificantium eluduntur, dum 72. diversæ familiæ totidem linguis loqui cœperunt, & cæpto operi coactæ sunt finem imponere. *Gen. 11.* an. M. 1931.	Subsidentibus Diluvij fluctibus, Noemus cum filijs prodijt ex arca sua, extructóque altari solennes Deo gratias egit, totius Ecclesiæ faciem sua in familia repræsentans. *Gen. 8.* an. M. 1657.	Ducentis post diluvium annis cultus idolorum per imagines hominum invaluit, crevítque maximè inventa plastice. *Salian.* Nimus Assyriorum rex templum & simulacrum Belo patri dicavit; is Baal esse à multis existimatur, unde nomina sunt Belial, Beelzebub, Bealphagor. *Salian.* circ. an. M. 2000.	Cœpto non absoluto turris Babel ædificio facta est dissensio & divisio populi maximè quoad cultum divinum, idololatria latè per orbem terrarum jam invalescente. an. M. 1931. post diluvium 275. *ita Salianus tam quoad hæc quàm alia hic sequentia.*
Teste Saliano & alijs DEus septies Abrahamo apparuit vel per se vel per angelos Dei loco. Fuit itaque Abraham rerum supra naturæ vires ascendentium multiplex occasio. Patet hoc ipsum satis ex *lib. Gen.*	Abraham in Chaldæa laboravit constanter conservare cultum veri Numinis. *S. Chrys. S. August.* & alij.	Aram & Nachor Abrahami fratres ad idolorum cultum inclinant, aut palàm etiam eundem profitentur. *S. Augustin.* Post abitum Abrahami ex Chaldæa vix ullus fuit, qui vel Religionem veram defenderet, aut conservaret, hominibus palàm & passim ad vitia & idololatriam prolabentibus.	Semiramis Nini uxor junxit idololatriæ Scelera, cujus exemplum pessimum secuti sunt magno numero Reges Assyriorum, adeò ut ultra triginta eorum inter Scelera marcescentes molles potiùs fœminas, quàm viros aut reges egerint.
Promissa Abrahamo à Deo Palæstina, unde etiam terra promissionis dicta est. an. M. 2108. Promissa eidem etiam est grata cœlo soboles, ex cujus semine Messias descensurus esset. *Gen. 12. & seqq.* an. M. 2138. Quatuor Urbes *Adama, Seboim, Sodoma*, & *Gomorrha* flammis de cœlo lapsis combustæ sunt. an. M. eodem. *Gen. 19* Mare mortuum nunc stagnat, ubi steterunt dictæ urbes. *Ita passim Historici & Geographici.*	Abraham ex Ur Chaldæorum urbe ductus in Mesopotamiam factus est conservator & promotor veræ Religionis. Thare pater Abrahæ unà cum filio in Mesopotamiam profectus impium deorum cultum penitus reliquit. *Pererius. Salian.* Melchisedech divinitùs ritè credere doctus factus est pari modo Sacerdos & promotor divini cultûs. *Salian.*	Labanus Nachoris nepos, Bathuelis filius, atque adeò Abrahamo sanguine proximus idola coluit. *Gen. 31.*	Loth Arami filius ob jurgia pastorum divisus est ab Abrahamo patruo. Idem paulò pòst victus ac captivus cum universa sua familia abductus est à Codorlahomor Regulo, quem Abraham cum suis vicit, & Lothum liberavit. an. M. 2118. Ismael Abrahami ex Agar ancilla filius homo militaris Arabiam bellando subegit. Ex eodem descendisse dicuntur feroces gentes Ismaelitæ, Agareni, Arabes, Saraceni &c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SÆCULA Mundi à Diluvio.	Patriarchæ Testamenti Veteris.	Pontifices & Sacerdotes Testamenti Veteris.	Prophetæ Testamenti Veteris.
SÆCULUM Mundi. XXIII.	Nati sunt Esau & Jacob circ. an. M. 2199. Esau duxit uxores alienigenas an. æt. 40. Jacob præripuit fratri jus primogeniti circ. an. æt. 78. Duxit duas sorores Rachel & Liam, an. æt. circiter 85. Nati sunt Ruben, Simeon, Levi, Juda, Isachar & Zabulon ex Lia. Dan, Nepthali ex Baala ancilla. Gad, Aser ex Zelpha ancilla, atque hi omnes intra quinquennium. Natus est Joseph an. M. 2290. ex Rachele. Mansit Jacob in Mesopotamia annis 20.	Jacob ut fungeretur officio Sacerdotis, plura erexit altaria, præsertim eo in loco, in quo vidit scalam Mysticam. *Salian.* Eodem in loco jam ante annos 163. Abraham altare erexerat; unde verba illa: verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. *Gen. 28.*	Isaac etiam hoc seculo Prophetiæ spiritu accensus datam Jacobo filio benedictionem primogeniti ratam habuit, & futura multa prædixit juxta illa verba *Gen. 27. vives in gladio, & fratri tuo servies, tempúsque veniet, cùm excutias & solvas jugum ejus de cervicibus tuis.*
SÆCULUM Mundi. XXIV.	Natus est Benjamin ex Rachele, quæ in puerperio est mortua an. M. 2306. Venditus est circa idem ferè tempus Joseph. Missus est in carcerem an. æt. 27. Evocatus est ex carcere æt. 30. Mortuus est Esau an. M. 2325. Natus est Job. an. M. 2328. Ingressus est Israel in Ægyptum an. M. 2329. Mortuus est Jacob. an. M. 2346. vixit annis 147. Mortuus est Joseph ante omnes fratres suos an. M. 2400. vixit annis 110.	Joseph vices Sacerdotis peragens in Ægypto in unius DEI honorem altaria erexit, victimas obtulit, & offerre alios docuit. *Briet.* Similia egit in Idumæa Jobus, qui ob hoc & alia virtutum genera gravissimè tentari cæpit circa annum vitæ 70. *Baron. & alij.*	Joseph varia oracula patre coram & fratribus locutus est, uti fuerunt de sole, luna & stellis, de manipulis &c. circ. an. M. 2303. Similia fuêre, quæ prædixit pincernæ, pistori & Ægyptiorũ Regi Pharaoni de septem annis frugiferis & non frugiferis. *Gen. 40 & 41.* an. M. 2319. Jacob in Ægypto mortuus est in corona filiorum & nepotum, quibus singulis bene precatus multa prædixit ore prophetico, veluti illud est: *non auferetur sceptrum de Juda &c.* *Gen. 49.*
SÆCULUM Mundi. XXV.	Aaron natus est in Ægypto an. M. 2461. Moyses an. M. 2464. Idem educatus in aula Pharaonis ab hujus filia Thermutide usque ad annum vitæ 40. Mortui sunt hoc seculo omnes undecim fratres Josephi, quorum nullus ascendit ampliùs ad annos vitæ 140. Levi nempe vixit annis 137. Natus est Josue an. M. 2491.	Aaron quamvis ante annum ætatis 83. aut 84. nondum à Deo vocatus aut consecratus Sacerdos fuerit, officium tamen Sacerdotis antè in deserto, tum etiam priùs peregisse credibile facit Historia. Aaron ex tribu Levi erat, in qua tribu permansit sacerdotalis dignitas. *Salian.*	Cùm Moyses ad annum vitæ 40. clam tantùm populum Israeliticum erudierit, verbisve & factis defenderit, hinc credibile etiam est, eundem variis vaticinijs in spem erexisse afflictos Israelitas. *Vide Salianum de institutione Moysis.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Miracula insignia Testamenti Veteris.	Incrementa Ecclesiæ Veteris.	Damna Ecclesiæ Veteris.	Bella, Dissensiones, & alia varia.
Jacob fugiens ex domo patria ob iram fratris Esau in via Mesopotamiam versus vidit in somno scalam mysticam. *Gen.* 28. an. M. 2276. Idem ex Mesopotamia rediens luctatus est cum Angelo & læso femore impetravit ab eodem cælestem benedictionem cum novo nomine *Israel.* *Gen.* 32. an. M. 2296.	Isaac secutus est constanter exempla patris, adhæsit DEO constantissimè ad annos vitæ 180. Jacob à puero virtuti & literis deditus pro uniusDEI cultu egit & tulit plurima. *Salian.* Filij Jacob undecim nunquam adorârunt idola; unde in his augmentũ sumpsit hoc & altero seculo Religio vera magnũ. *Sal.* Rachel idola patri Labano abstulit & abscondit circ. an. M. 2197.	Esau ducens duas filias alienigenas anno ætatis 40. dedit occasionem idolorum cultui; hinc graviter his nuptijs sese opposuerunt Jacob frater & mater Rebecca. an. M. 2239. *Gen.* 26.	Mortua est Rebecca an. ætatis. 118. an. M. 2276. Labanus persecutus est Jacobum post 20. annos in Mesopotamia transactos ob ablata aurea deorum simulacra. an. M. 2297. Jacobo Palæstinam repetenti & fratrem Esau metuenti occurrerunt angeli pacis, unde ab Esau amicè exceptus est Jacob; qui sedem primò fixit in Socoth. Inde verò abijt in Salem urbem Sichimorum. an. M. 2298.
Joseph ob rarã & miram conijciendorum somniorũ peritiam, è trieñali carcere à DEO potiùs quàm ab homine evocatus est ad solium, quod annis 80. ex singulari DEI beneficio occupavit. *Bar. & alij passim.* Jobi tentatio graviſſima per 7. años continuata est, ut habet satis communis *Histor. opinio.* Ejusdem Jobi invicta patientia cum mira cœli benedictione conjuncta, quæ reddidit in duplo omnia, præter filios & filias. *Lib. Job.*	Joseph frustra ab hera tractus ad flagitium insigni castitatis exemplo dedit augmentum Religioni. *Gen.* 39. an. M. 2316. Jacob ante agonem inter oracula permulta comẽdavit coronæ filiorum amorem virtutis & veræ Religionis. *Gen.* 49. an. M. 2346. Idem Religionis causâ jussit transferri corpus suum ex Ægypto in Palæstinam.	Cacodæmon osor Jobi & liberorum ejus optimè educatorum acerrimus concussâ filij primogeniti domo interfecit septem filios & tres filias cum reliqua familia pene vniversa Jobo toto septenniô cum morbis luctante. *Lib. Job.* an. M. 2398.	Dinæ Jacobi filiæ unicæ vis illata est à Sichimita principe filiorum Hemmoris, hinc fratres Dinæ, præcipuè Simeon & Levi sub Spe & specie amicitiæ ac nuptiarum, eos ad legem circumcisionis accipiendam permoverunt, circumcisos verò proditoriè occiderunt, patre Jacob eam ob stragem plurimùm turbato. *Gen.* 34. an. M. 2305.
Varijs iisque miris modis in lucem prodeunt & nutriuntur Hebræorum proles. *Briet. Baron. Salian. & alij; imò ipse liber Exod.* Moyses raro prodigio servatur à Thermutide Amenophis Pharaonis filia, quæ matri suummet filium dedit nutriendum & ablactandum. *Exod.* 2. Cum Jobi vita continuantur hoc etiam seculo miracula. *Salian.*	Job unus ex nepotibus Esau rarissimo patientiæ exemplo & filiorum educatione tum hoc tum etiam primo, imò etiam tertio seculo unius DEI cultum valde illustravit. *Salian.* Filij Israel separati ab Ægyptijs habitârunt in terra Gessen, ut non esset occasio seductionis aut idololatriæ. *Salian.*	Beneficiorum à Josepho toti Ægypto præstitorum oblitus Amenophis Ægyptiorum rex mandavit, ut omnes Hebræorum proles masculæ immergerentur aquis. an. M. 2451.	Datum est initium servituti Israelitarum primæ in Ægypto post annos quinquaginta à morte Josephi, puniente Deo in Israelitis maximè idololatriam & scelera alia. Amenophis rex Ægypti tunc erat, sub quo & ejusdem successoribus duravit hæc dura servitus annis ferè centum à dato initiô, quod fuit an. M. 2451.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SÆCULA Mundi à Diluvio.	Patriarchæ Testamenti Veteris.	Pontifices & Sacerdotes Testamenti Veteris.	Prophetiæ Testamenti Veteris.
SÆCULUM Mundi. XXVI.	Moyses relictâ aulâ Pharaonis ab anno vitæ 40. comoratur cum Madianitis usque ad annum 80. Ducit per annos 40. populum electum ex Ægypto in Palæstinam; exitus autem Israelis fuit an. M. 2544. Eodem hoc M. anno data est lex in monte Sinai, & mortuus est Jobus. Mortua est Maria soror Moysis, imò & ipse Moyses in monte Nebone, ex quo prospexit Palæstinam an. æt. 120. M. 2583. Josue fit primus dux an. M. 2584. Eodem anno mortuus est Aaron.	Pontifices Hebræi. 1. Aaron cum filijs divinitùs consecratus est Sacerdos an. M. 2545. 2. Patri Eleazar filius successit in Pontificatu an. M. 2583. Fuerunt Aaroni præter Eleazarum filij alij Sacerdotes, quorum unus vocabatur Ithamar.	Moyses varia oracula dixit coram Pharaone & populo Israelitico per annos vitæ 40. ultimos. *Lib. Exod.* Balaam Mesopotamiæ vates de venturo Messia præclarè vaticinatus est. an. M. 2583. *Num. 24.* Dedit idem vates dein turpe consilium Balac Madianitarum regi, ut Israelitas fœminarum illecebris vinceret, quos vincere non posset armis. *Num. 31.*
SÆCULUM Mundi. XXVII.	Judices Hebræi. 1. Josue mortuus est an. M. 2600. vixit annis 110. vicit regulos universim 31. quorum nomina vide *c. 12. Jos.* dux populi fuit annis 17. 2. Othoniel vicit Cusanum Syriæ & Mesopotamiæ regem. Judex fuit an. 40. 3. Aod Eglonem Moabitarum regem gladiò confodit. *Jud.* 3. fuit Judex annis 80.	3. Phinees successit in Pontificatu an. M. 2601. Mors Phinees an. M. 2640. vixit annis 100. 4. Abisue factus est Pontifex an. M. 2641. 5. Bocci Pontificatum adijt an. M. 2695.	Prophetiæ, quas etiam Josue frequenter sua in vita coram electo populo proposuerat, valuerunt eodem in populo plurimùm etiam hoc seculo; unde tam Josue quàm Moysis nomina, verba & facta sæpe in ore erant populi Israelitici.
SÆCULUM Mundi. XXVIII.	4. Debbora & Barac, quæ hunc adversus Jabinum Syriæ Regem animavit. an. M. 2721. Ubi Sisara Syrorum Dux clavo in caput adacto occisus est à Jahele. *Jud. 4.* Debbora judicavit an. 40. 5. Gedeon cum trecentis viris ex multitudine selectis vicit Madianitarum 130000. an. M. 2762. Capti sunt ab eodem Reges Zebee & Salmana. *Jud. 8.* Judex fuit an. 40.	Bocci Pontifex fuit usque ad annum M. 2721. 6. Ozi in Pontificum numerum & officium venit an. M. 2721. 7. Zaraias verò an. M. 2761. *De horum aliorúmve Pontificum gestis parum ait, omnino nihil memorat Scriptura & sacra Historia.*	Debbora Baraco Israelitarum Duci victoriam in monte Thabor referendam adversus Sisaram Syrorum principem ore prophetico prædixit. *Jud. 4.* Propheta quidam intellecto somnio de pane subcinericio prædixit victoriam adversus Madianitas à Gedeone reportandam. *Jud. 7.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Miracula insignia Testamenti Veteris.	Incrementa Ecclesiæ Veteris.	Damna Ecclesiæ Veteris.	Bella, Dissensiones, & alia varia.
Mitæ decem plagæ Pharaoni & Ægyptijs inflictæ. *Exod.* 7. *& seqq.* Columna nubis & ignis facta est dux populi ex Ægypto. *Exod.* 14. *& seq.* Transijt populus per mare rubrum ad contactum virgæ Moysis divisum. *Exod.* 14. Manna de cælo mittitur. *Exod.* 16. Petra Oreb virgâ Moysis percussa dat copiosas aquas. *Exod.* 17.	Moyses redijt in montem Sinai, & in eo 40. diebus mansit jejunus commendata posteris jejunij laude ac lege. *Salian.* an. M. 2545. Jussit DEus sanctuarium ædificari, quo nomine sacrum tabernaculum, atriũ & arca cum omni sacra supellectili intelligebatur. an. M. 2545. Initium habuerunt circa hoc tempus sacri ritus ac ceremoniæ in libro Deuteronomij præscriptæ.	Magi Ægyptiaci vehementer se opposuerunt Aaroni & Moysi magicis suis dolis & artibus, atque permittente Deo produxerunt serpentes & alia ad speciem saltẽ miracula. an. M. 2545. Amenophis Ægypti rex eodem tempore induratus est magis, multis iisque palpabilibus prodigijs minimè emendatus. *Exodi* 7. *& seqq.*	Ad dissidia inter Israelitas tollenda, eorúmque lites decidendas constituti sunt à Moyse ex consilio Jethro soceri septuaginta judices minores, majoris momenti causis Moysi suprem› judici reservatis. an. M. 2544. Sunt etiam Authores teste Saliano, qui opinantur hoc tempore vel paulò pòst magnum Hebræorum consilium fuisse institutum, quod Synedrion posteri vocârunt.
Othoniel Calebi frater dux simul & judex electi populi prodigiosam retulit victoriam contra Syros. *Jud.* 3. an. M. 2630. Arca fœderis pergit prodere plura miracula etiam hoc sæculo. *Salian.* Samgar filius Anath Israelita sexcentos Philistæos percussit vomere & defendit Israel. *Jud.* 3.	Ossa S. Josephi à Moyse ex Ægypto religionis causâ exportata collocantur à fideli populo in Palæstina. Cinei posteri Jethro amore virtutis in Solitudines migrârunt. *Serarius.* an. M. 2604. Extincta gemina servitute hoc seculo idololatria vires suas multùm amisit. Primus annus Jubilæus ab obitu Moysis fuit. an. M. 2633.	Israelitæ cum vicinis Chananæis, Hethæis aliísve illicita connubia celebrârunt, & successu temporis eorum DEos adorârunt, tribus in idololatriam prolapsis tribubus. *Sulpitius Sever.* an. M. 2612. Eodem tempore Michas Ephraimites novum idolum proposuit, quod Israelitarum nonnulli præsertim ex tribu Dan usque ad Samuelis tempora coluerunt. *Jud.* 17.	Levitæ cujusdam uxor ob nimiam Beniaminitarum libidinem & vim mortua est, unde bellum grave inter ipsas Israelitarum tribus ortum est, quo tribus Beniamin ferè tota est deleta. *Jud.* 19. *&* 20. an. M. 2612. 2. Judæorum servitus sub Cusano Syriæ & Mesopotamiæ rege duravit annis. 8. 3. Servitus sub Eglone Moabitarum rege duravit annis 18.
Gedeon hortante Angelo idolum Baalis & lucos evertit promisso è cœlis auxilio animatus contra Madianitas. *Jud.* 6. an. M. 2761. Idem velleris duplici miraculo aliísve prodigijs animosior rejectis omnibus alijs armigeris per viros trecentos tubis ac lampadibus instructos armatum hostis exercitum fudit, & pacem in annos quadraginta Israelitis restituit. *Jud.* 6. 7. 8. *& 9.*	DEus per Debboram restituit in populo electo suum sibi cultum. Gedeon & verbis & factis defendit veri Numinis cultum, idololatriam verò extirpare penitus laboravit, unde Jerobaal dictus est quia de nocte aram Baalis destruxit, aliámve eodem in loco in unius Dei honorem erexit. *Jud.* 6. *& 7.*	Inter Hebræos hoc tempore fuit etiam Gedeonis pater, qui Baal adoravit, & ejusdem cultum pro viribus promovit, antequam Gedeon destruxit aram Baalis. *Jud.* 6. Madianitæ adversati sunt plurimùm unius Dei cultui: ijsdem se etiam junxerunt Amalecitæ & alij Orientis populi, omnes cultores Baalis idoli. *Jud.* 6. *& 8.*	4. Servitus fuit sub Jabino Chananæorum rege, è qua erepti sunt Israelitæ per Debboram & Baracum; duravit autem annis 20. 5. Servitus sub Madianitis, quorum plures quàm 100000. prodigiosâ pugnâ & victoriâ delevit Gedeon. Duravit hæc servitus annis 8. Mortuus est Gededon an. M. 2800.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SÆCULA Mundi à Diluvio.	Patriarchæ Testamenti Veteris.	Pontifices & Sacerdotes Testamenti Veteris.	Prophetæ Testamenti Veteris.
SÆCULUM Mundi. XXIX.	6. Abimelech Gedeonis filius judex patri minimè similis occidit 70. suos fratres an. M. 2801. fuit judex an. 3. 7. Thola nepos Gedeonis fuit Jud. 23. 8. Jair Galaad pater 30. filiorũ fuit judex an. 22. 9. Jephte ob votum editum fit victor Ammonitarum & Philistæorum an. M. 2849. Judex fuit an. 5. aut 6. 10. Abesan pater 30. filiorum & 30. filiarum fuit judex an. 7. 11. Elon fuit judex an. 10. 12. Abdon judex fuit an. 8. 13. Samson factus est judex an. M. 2880. fuit autem judex an. 20.	8. Merajoth dictus est Pontifex an. M. 2801. 9. Successit in Pontificatu Amarias an. M. 2842. 10. Achitob ultimus ex stemmate Eleazari Pontifex factus est an. M. 2880. *Ita Salianus habet a-lijs eidem repugnanti-bus.*	Jephte primùm ex patria domo ejectus, dein verò dux electus Spiritu Dei repletus est, & Israelitis ad arma capessenda animatis prædixit, atque promisit victoriam adversus Ammonitas. *Salian.*
SÆCULUM Mundi. XXX.	14. Heli fit judex an. M. 2900. occisis in bello filijs mortuus est Heli an. M. 2941. fuit judex an. 40. 15. Samuel factus est judex an. M. 2942. judicavit populum ad Saulis regimen usque an. 22.	11. Heli simul Pontifex & judex an. M. 2900. Descendit Heli ex stemmate Ithamaris, qui fuit alter filius Aaronis. *Salian.* Ophni & Phinees filij Heli cæsi sunt in acie, ubi capta est arca fœderis an. M. 2939. 12. Achitob II. Heli nepos filius Phinees factus est Pontifex an. M. 2940. 13. Achimelech an. M. 2962. 14. Abiathar an. M. 2975.	Heli prædixit Annæ uxori Elcanæ filium, qui fuit Samuel Propheta an. M. 2901. Propheta quispiam, cujus nomen non proditum est in Scriptura, nuntiavit familiæ Heli ob immorigeros filios ruinam futuram. an. M. 2912. Eandem Propheriam novo oraculo confirmavit puer duodennis Samuel ter in somno à DEO vocatus *1. Reg. 3.* an. M. 2913.
	Reges Hebræi.		
	1. Saul factus est Rex an. M. 2961. regnavit annis 18. 2. David primò inunctus est, cùm esset annorum 19. an. M. 2969. occidit Goliath an. æt. 21. Iram Saulis sustinuit an. 7. cæpit regnare an. æt. 29. Natus est Salomon an. M. 3000. anno patris 50.		

Miracula insignia Testamenti Veteris.	Incrementa Ecclesiæ Veteris.	Damna Ecclesiæ Veteris.	Bella, Dissensiones, & alia varia.
Jephte nuncupato voto Ammonitas prodigiosè vicit, urbes eorum 20. cepit locis reliquis intulit vastitatem. *Salian.* an. M. 2849.	Ruth celebrat matrimonium cum Booz Deo probatissimum; fuit autem Booz virtuti ac religioni addictissimus; fuit adhæc pater Obed, qui erat avus Davidis. *Lib. Ruth.* an. M. 2810.	Gedeone vix extincto Abimelech ejusdem filius Judicis potestatem maximopere ambijt & civili bello, idololatriæ & alijs permultis malis gravissimis materiam dedit. an. M. 2801.	6. Servitus sub Ammonitis, qua liberati sunt duce Jephte. Duravit hæc servitus. an. 18.
Samson sitiens fusis adDeũ precibus ex maxilla asini fontem elicuit. *Jud.* 15. an. M. 2881.	Jephte victis Ammonitarum copijs voti reus filiam suam DEO immolavit. *Jud.* 11. an. M. 2849.	Israelitæ relicto vero Numine cum Baalim fœdus iniêrunt, penitus immemores beneficiorũ DEI. *Eod. an.*	7, Servitus sub Philistæis, quæ initium habuit circa an. M. 2860.
Idem urbis Gazæ portam in verticem montis asportavit an. M. 2884.		Extincta est hoc tempore pene tota familia Gedeonis.	Finita autem est primùm in morte Samsonis, qui pene omnes Philistæorum principes secum in ruinam traxit an. M. 2899.
Idem patratis prodigijs alijs recipiens à DEO cum crine vires & duas ædium columnas concutiens tria Philistæorum millia secum in ruinam traxit. *Jud.* 16. an. M. 2900.			
Arca DEI à Philistæis capta idolum Dagonis loco suo primùm dejecit, deinde verò suis membris mutilavit. 1. *Reg.* 5.	Samuel omni ratione non modò conservare, sed & augere conatus est cultum DEI.	Filij Heli Sacerdotis munere functi sunt sacrilegè & multa dederunt scandala à DEO punita.	Sauli bellum moverunt Moabitæ, Ammonitæ, Idumæi, reges Saba seu partis Syriæ, Philistæi & Amalecitæ, quos omnes novus Israelitarum rex intra triennium vicit. Inde verò Agag Amalecitarum regi capto contra mandatum DEI pepercit, & ideo à DEO rejectus est an. regni 7.
Arca à Philistæis plaustro imposita nullo rectore à vaccis Bethsamen Hebræorum urbem devecta est eximiter an. M. 2941.	Saul per duos annos implevit in omnibus DEI voluntatem rex religiosissimus, unde aliquando dicitur duos regnâsse annos. *Salian.*	Saul capto regi Agag contra DEI mandatum pepercit & ob hoc rejectus est à Deo detrimento Religionis maximo. 1. *Reg.* 15.	David usque ad 10. ætatis annum pavit oves, ubi jam partem psalmorum composuit.
Bethsamitarum multa millia divinitùs perierunt ob arcam curioso oculo inspectam. eod. an. 1. *Reg.* 6.	Anima Samuelis ex speciali DEI beneficio apparuit Sauli. an. M. 2979.	Instigante Doeg jussu Saul Achimelech cum 83. Sacerdotibus cæsus est. 1. *Reg.* 22. an. M. 2974.	Per annos 7. aut plures pertulit persecutiones Saulis, qui ab armigero suo occisus est. an. M. 2979.
Dum magnificè ex urbe Cariathiarim transportata est arca in Sion, Oza Levita eam ausus temerè contingere repentè cecidit mortuus. 2. *Reg.* 6.	David rex constanter religiosissimus coram populo exultans reducem à Philistæis arcam collocavit primùm in domo Obededom, inde verò in domum David transtulit. 2. *Reg.* 6. an. M. 2989.		

SÆCULA Mundi à Diluvio.	Patriarchæ Testamenti Veteris.	Pontifices & Sacerdotes Testamenti Veteris.	Prophetæ Testamenti Veteris.
SÆCULUM Mundi. XXXI.	3. Salomon regnare cæpit vivo adhuc patre an. æt. 20. M. 3020. Mortuus est David an. M. 3021. Salomonem adit regina Saba an. M. 3047. Initium ruinæ Salomonis an. M. 3048. Mortuus est an. æt. 60. M. 3060.	Abiathar depositus est à Salomone an. M. 3021. 15. Sadoc inunctus est Pontifex eodem anno. 16. Achimaaz filius Sadoc, gener Salomonis successit patri in Pontificatu an. M. 3060. 17. Azarias Achimaaz filius successit patri an. M. 3077. 18. Johanan Azariæ filius an. M. 3095.	David Propheta prophetias plurimas dixit & scripsit, ut satis indicat liber Psalmorum. Tulit hoc seculo mala plurima David rex, quæ prædixit Nathan Propheta ob adulterium cum Bethsabæa commissum an. M. 2999. 2. *Reg.* 12. Ahias prædixit Salomoni divisionem regni Israelitici. an. M. 3059.

Regnum divisum.

Reges Juda.	*Reges Israel.*
1. Roboam. regnav. an 17.	1. Jeroboam. r. an. 22.
2. Abiam. an. 3.	2. Nadab. an. 1.
3. Asa pius hoc & sequente seculo an. 41.	3. Baasa an. 23.

SÆCULUM Mundi. XXXII.	3. Mortuus est Asa an. M. 3121. 4. Josaphat. reg. an. 24. 5. Joram. reg. 4. 6. Ochozias. 1. 7. Athalia regina 6. 8. Joas. 40. occisus est an. M. 3196. 9. Amasias regnavit hoc & sequenti seculo an. 29.	Baasa mortuus est an. M. 3105. 4. Ela reg. an. 2. 5. Zambri dieb. 7. 6. Amri an. 12. 7. Achab. an. 22. 8. Ochozias an. 1. 9. Joram an. 12. 10. Jehu an. 28. 11. Joachaz an. 17. 12. Joas an. 16. qui cepit solus regnare an. M. 3195.	19. Azarias Pontifex creatus est an. M. 3121. 20. Amarias successit an. M. 3138. 21. Joiadas Pontificatum magno animo susceptit an. M. 3151. Athaliam reginam ex templo expulit an. M. 3157. Joam regem regnare optimè docuit an. M. 3158. 22. Pedaias filius Joiadæ Pontificatum parùm felicem adijt an. M. 3185. 23. Sedecias successit an. M. 3197.	Elias prædixit Achab defectum pluviarum & futuram famem. 3. *Reg.* 17. an. M. 3123. Idem in monte Horeb divino fruitur alloquio, post quod prædixit Hazaeli duci Syriæ regnum. 3. *Reg.* 19. an. M. 3124. Ochoziæ regi nuntiavit mortem ob missos oratores ad Beelzebub in Accaron urbem. 4. *Reg.* 1. Similia multa oracula dixit Elisæus & Prophetæ alij, uti satis ipsa testatur scriptura.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Miracula insignia Testamenti Veteris.	Incrementa Ecclesiæ Veteris.	Damna Ecclesiæ Veteris.	Bella, Dissensiones, & alia varia.
Pestis à DEO immissa ob enumeratum vanè à Davide militem 70000. absumpsit, angelo in vaginam mittente gladium cessavit subitò. 2. *Reg.* 24. Salomon post oblatum in urbe Gabaone Sacrificium à DEO in somnis miram obtinuit sapientiam an. M. 3012. 3. *Reg.* 3. In Dedicatione templi præter mira alia majestas Dei stupentibus cunctis implevit templum; nubes & ignis de cœlo descendit & audita est vox divina &c. 2. *Paralipp.* 7. an. M. 3030. *Salian.*	David ingentem auri summam contulit, ut inde tandem digna Deo ædes extrueretur. Salomon per annos vitæ 47. auxit & conservavit cultum Dei. Templum Salomonis perfectum est an. M. 3030. Eodem hoc anno celebrata est omnium prima templi Dedicatio. 2. *Paralipp.* 7. Regina Saba juxta aliquorum mentem amplexa est unius DEI cultum an. M. 3047. *Salian.*	Duxit Salomon uxores & concubinas mille; his ut placeret, earundem Diis templa & alias ædificavit, imò ipse tandem adoravit ex rege sapientissimo factus insipientissimus apostata circiter an. M. 3047. Roboam filius Salomonis rex Juda, & Jeroboam rex Israel uterque idola coluerunt summo religionis damno ad plerosque reges descendente.	Regiminis Davidici 20. anni fausti, 20. verò posteriores minùs fausti fuerunt: an. regni 20. à Nathan ob commissa crimina correptus est. an. 21. Thamar filia ab Ammone vim passa est. 23. Ammon ab Absalone in convivio occisus est. an. 29. Absalon Patrem regia expulit urbe, ubi Semei maledictis & lapidibus regem petijt. Eodem tempore Absalon corpore & anima mortuus pependit ex quercu. an. 31. populus movit novam seditionem &c. an. 32. 33. & 34. fames regnum pressit. annis sequentibus ad bella periculosa provocârunt Philistæi.
Elias in Sarepta oppido resuscitavit viduæ filium. Idem vocavit de cœlo ignē & Baalis Sacerdotes occidit. 3. *Reg.* 17. & 18. an. M. 3126. Idem patratis permultis alijs prodigijs pallio suo per Jordanem sibi & Elisæo viam fecit, & dein raptus est curru igneo an. M. 3139. Elisæus duplici Eliæ spiritu plenus accepto ejusdem pallio superavit denuo Jordanem. Idem Sunamitidis filium revocavit ad vitam. an. M. 3150. Naaman Syrus sanatus est in Jordane 4. *Reg.* 5. an. M. 3150. Jonas in ventre piscis triduo servatus est. an. M. 3216.	Asa & Josaphat reges Judæ restituerunt plurimùm religionis amorem hoc sæculo. Elias & Elisæus inter plurima pericula & difficultates maximas fuerunt toti in cultu veri Numinis conservando & augendo. 3. *Reg.* 18. vide etiam lib. 4. *Reg.* Jonas pœnitentiam prædicavit Ninivitis successu admodum prospero. *Jon.* 3. & 4.	Ex Judæ regibus hoc sæculo idola coluerunt Joram, Ochozias, Joas, in fine etiam Amasias: Ex regibus Israel pene omnes superiùs relati excepto Joa rege. Samaria urbs ædificatur Hierosolymæ æmula, unde inter Samaritanos & Judæos natæ lites & discordia. Achab & Jezabel persecuti sunt summô odiô religionem veram & ejusdē æstimatores.	Zamri Elæ Israelitarum regi temulento vitam eripuit, verùm & ipse Zamri dierum 7. duntaxat rex ab Amri inclusus in urbe Samaria se cum universa domo regia incendiô extinxit. Asa rex Judæorum pugnans contra Israelitas & ab ijsdem Benadabum Damasci regem datâ auri summâ abalienans ab Hanan prophetaDEO jubente est castigatus. Josaphat rex numeravit suo in exercitu milites 1160000.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SÆCULA Mundi à Diluvio.	Patriarchæ Testamenti Veteris.		Pontifices & Sacerdotes Testamenti Veteris.	Prophetæ Testamenti Veteris.
SÆCULUM Mundi. XXXIII.	Amasias 29. Occisus est. an. M. 3225. 10. Ozias. 52. propter attentatum sacrificium leprâ infectus est. an. M. 3274. 11. Joathas rex constanter bonus 18. 12. Achaz tum hoc, tum sequenti seculo 14.	12. Joas hoc tũ priori seecul. 16. 13. Jeroboã II. 41. 14. Zacharias M. 6 15. Sellum. M. 1. 16. Manahem. 10. 17. Phaceja. 2. 18. Phacee. 20. 19. Oseas. 18. qui defecit ab Assyrijs an. 3311. unde Samariâ in annum 3. occupatâ regnum Israel excisum est. an. 3314. stetit an. 255.	23. Sedecias. 24. Joel. 25. Joathan. 26. Urias, qui ex timore erga Achaz regem curavit fieri altare idolorum cultui adaptatum. an. M. 3297.	Oseæ prædixit decem tribubus dispersionem. *Osee 6 & segq.* an. M. 3227. Joel Judæis captivitatem Babylonicam nuntiavit eod. an. *Joel. 1.* Amos contra Damascum, Tyrios, Syros, Moabitas &c. vaticinatus est. Idem decem tribubus captivitatem novo oraculo confirmavit. *Amos 1. & seq.* circa an. M. 3248. Vixerunt circ. an. M. 3253. Esaias, Abdias, Jonas, Joel, Micheas, quorum ultimus prædixit supremam Israelitarum cladem. an. M. 3290.
SÆCULUM Mundi. XXXIV.	Achaz impius reg. an. 14. Mortuus est. an. M. 3309. 13. Ezechias Pius reg. an. 29 14. Manasses reg. an. 55. Emendatus est in Assyriorum carcere ex rege pessimo factus optimus. 15. Amon reg. an. 2. 16. Josias reg. an. 31. Fuit post Davidem rex optimus & religiosissimus, occidi jussit & incendiò deleri 70. aruspices & sacrificulos unius DEI cultui pertinaciter resistentes circ. an. M. 3402.		Urias fuit Pontifex usque ad an. M. 3309 27. Nerias. 28. Osaias. 29. Joachim. 30. Sellum. 31. Helzias creatus Pontifex an. M. 3395.	Esaias postquam prædixit jam conceptum virgineum, totus fuit in prænunciando Christi adventu, vita, miraculis, prædicatione, passione, vocatione gentium cæterisque Christianæ religionis Mysterijs. *Lege à cap. 40. usque ad finem.* an. M. 3327. Ad hoc tempus etiam pertinet prophetia Habacuc contra Judæam & præcipuè Hierosolymam. Item etiam Prophetia Nahum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Miracula insignia Testamenti Veteris.	Incrementa Ecclesiæ Veteris.	Damna Ecclesiæ Veteris.	Bella, Dissensiones, & alia varia.
Elisæus mortuus dedit vitam mortuo per contactum suorum ossium. 4. *Reg.* 13. an. M. 3205. Ozias rex Juda dum Sacerdotibus frustra reclamantibus Thus incendit, subitò leprâ infectus est. 2. *Paralip.* 26. an. M. 3274. Esaias propheta vidit DEum sedentem super solium excelsum; tunc etiam ignito calculo, quem unus de Seraphim forcipe de altari sumpserat, purgata fuerunt prophetæ labia, quo calculo mirus prophetiæ spiritus significabatur an. M. 3277.	Ozias & Joathas Judæ reges religioni dederunt incrementum, quorum ultimus constantissimè adhæsit unius DEI cultui: primus verò semel munus Sacerdotis invadendo peccavit & peccatum longâ pœnitentiâ expiavit. Joas juxta prophetiam Elisæi ter de Syris gloriosâ victoriâ reportatâ in regno Israel conservavit & auxit DEI cultum. an. 3205 *& seqq.*	Amasias Rex Juda victis Idumæis eorum idola veneratus an. M. 3208. Idem temere Joæ Israelitarum regi bellum inferens victus & Hierosolymam reductus est, dirutâ muri parte. an. M. 3210. Achaz rex Judæ noxiam valdè religioni societatem iniit cum Theglath Philassar Assyriorum rege; in altari enim idololatrico obtulit victimas; dein verò sacra vasa ex templo eripuit, illúdque clausit, idola insuper multiplicavit & infantes igne lustravit. an. M. 3298. Reges Israel plerique hoc seculo pro religione haud quaquam fuerunt.	Manahen rex Israel cùm invasisset ipse priùs regnum Israel, timens sibi à subditorum & aliorum insidijs, Phul Assyriorum regem in subsidium vocavit, cui tandem factus ipse subditus & vectigalis. an. M. 3265. Phaceia filius Manahen à Phacee suo duce est interfectus an. M. 3276. Post interfectum proditoriè regem Phacee solium Israel conscendit factus rex impius & injustus per annos 20.
Oraculum Isaiæ de vita Ezechiæ regis producenda confirmavit umbra decem lineis in horologio Achaz retrocedens sole umbrâ dirigente. *Isaiæ* 38 an. M. 3322. Assyriorum centum octoginta quinque millia eadem nocte cæsa sunt ab Angelo. 4. *Reg.* 19. an. M. 3323. Senior Tobias Archangeli Raphaelis beneficio recepit lumen oculorum. *Tob.* 11. an. M. 3335. Eodem seculo occisi sunt septem viri Saræ Raguelis filiæ, quæ nupsit hortante angelo Tobiæ juniori. *Tob.* 6.	Ezechias & Josias ex regibus Juda toti pro religione hoc sæculo fuerunt. Ezechiæ tempore Sacerdotes Salomonis parabolas examinârunt, probas ab improbis, veras à falsis secernentes. Phase iterum celebratum est ab universo populo. Manasses exantlatis malis maximis totus à se mutatus regendi Methodum mutavit, deorum simulacra destruxit. Judith occidit Holofernem an. ætat. 33. an. M. 3346.	Achaz rex in impietate sua sicut vixit ita & mortuus est. an. M. 3309. Manasses primis regni sui annis Baali aras & lucos restituit, somnia & auguria observavit, magicis artibus se imbui permisit, alios plurimos innocentes occidit. Licèt rex Ezechias & Josias virtuti & religioni constanter fuerint addicti, ob multitudinem tamen scelerum in populo imminere magis ac magis cœperunt mala à Prophetis prædicta sæpiùs.	Samaria per Salmanassarem Assyriorum regem capta est, abductæ cum Osee rege decem tribus Israel, inter quas eminuit plurimùm Tobias sua cum familia. an. M. 3315. Ezechias ostensis thesauris Assyriorum legatis intellexit mox ex Esaia propheta, hos ipsos thesauros unà cum regijs liberis venturos brevi in potestatem Assyriorum regis. an. M. 3324. Initium regni Babylonici. 3333.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SÆCULA Mundi à Diluvio.	Patriarchæ Testamenti Veteris.	Pontifices & Sacerdotes Testamenti Veteris.	Prophetæ Testamenti Veteris.
SÆCULUM Mundi. XXXV.	Josias mortuus est an. M. 3425. 17. Joachaz reg. M. 3. 18. Eliazim seu Joakim an. 11. Sub hoc rege contigit transmigratio Babylonis an. M. 3436. Occisi cadaver extra urbis mœnia projectum est eodem anno. 19. Joachim reg. M. 3. in carcere à Nabuchodonosor detentus est. an. 37. 20. Sedecias reg. an. 11. Initium captivitatis Babylonicæ factum an. M. 3447. Nabuchodon. Judæis imperavit an. 25. Elvimerodach, filius Nabuchodon. 23. Balthasar hoc & sequenti sæculo. 22.	Helzias fuit Pont. usque ad an. M. 3425. 32. Azarias IV. 33. Saraias. 34. Josedech qui inunctus est Pontifex an. M. 3447. Fuit Pontifex per annos 70.	Jeremias suscitatus est à Deo ad denunciandam cladem Hierosolymæ 3407. Hoc seculo nati sunt Ezechiel, Daniel, Baruch. Jeremias in Ægypto post multas tribulationes lapidibus obrutus an. M. 3448. Esaias jubente Manasse lignea serrâ dissectus est an. M. 3340. Ezechiel in Chaldæa est interfectus an. M. 3462. Habacuc à priori alius ex Judæa Babylonem translatus est. *Daniel.* 14. an. M. 3473.
SÆCULUM Mundi. XXXVI.	Balthasar rex occisus est an. M. 3516. Eodem anno finita est captivitas Babylonica, quæ duravit annis. 70. **Persarum Imperium.** an. M. 3517. 1. Cyrus Judæos benignè habuit an. 7. Sub eodem dux fuit Zorobabel regis Eliazim filius. 2. Cambyses durus fuit in Judæos an. 7. 3. Darius Hystaspis Judæos fovit an. 35. 4. Xerxes reg. an. 22. 5. Artaxerxes erga Judæos optimus regnavit an. 40.	Josedech usque ad an. M. 3516. 35. Josue fuit Pontifex annis 50. **Pontifices & Duces simul fuerunt sequentes.** 36. Joakimus creatus Pont. & dux an. M. 3568. 37. Eliasib. Tempore Darij Hystaspis junctus est Pontificatus Ducis officio.	Aggæus & Zacharias prædixerunt templi secundi gloriam. an. 3533. Hoc Seculo Prophetias plurimas dixit Daniel, qui mortuus est an. ætatis 110. M. 3535. Malachiæ Prophetiæ hoc etiam seculo contigerunt, quem S. Hieronymus Esdram Sacerdotem fuisse scribit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Miracula insignia Testamenti Veteris.	Incrementa Ecclesiæ Veteris.	Damna Ecclesiæ Veteris.	Bella, Dissensiones, & alia varia.
Daniel annorum 13. puer jam judex Susannam in judicio absolvit, duos senes condemnavit lapidibus innocenti Susannæ jam paratis obruros. *Daniel.* 13. an. M. 3438. Sidrach, Misag & Abdenago statuam Nabuchodonosoris non adorantes conjecti sunt in accensam fornacem, quos tamen flamma illæsos conservavit. *Dan.* 3. an. M. 3456 Daniel inter leones conservatus & pastus per Habacuc Prophetam. *Dan.* 14. an. M. 3473. Daniel draconem ab alijs adoratum mirè disrupit. an. M. 3473.	Jeremias, Ezechiel, Tobias junior, Daniel, Baruch, Judith, Susanna, Salathiel, aliíve viri & fœminæ uni Deo addictissimi in primis curis habuerunt religionis Zelum. *Lege Prophet. Item lib. Tob. & Judith.* Judæi hortante præcipuè Daniele post transmigrationem Babylonis ad virtutis & religionis studium ardentiùs incubuerunt, quàm in Judæa, docti malis sapere.	Eliazim rex Juda crudelis Uriam Prophetam ex Ægypto retractum in Judæam, occidi jussit, Jeremiæ alísve bonis simnem pœnam minitatus est. Idem rex & cum eodem decem tribus Babylonem transmigrare jussæ sunt. Contigit ruina & deflagratio urbis Hierosolymæ duce Nabuzardan. Sedecias rex relicto Jeremiæ vaticinio credidit pseudoprophetis; unde in fuga captus atque oculis orbatus est, postquam eo præsente liberi regij & amici sunt interfecti an. M. 3447.	Nechao Ægypti rex conflixit cum Josia rege Juda, qui accepto in pugna vulnere mortuus est ingenti subditorum luctu an. M. 3425. Eversum est regnum Juda an. M. 3446. Stetit à Saule annis 485. templum duravit an. M. 424. Nabuchodonosor in bovem muratus an. M. 3464. Septem annis sequentibus per sylvas vagatus est. Mortuus Nabuchodonosor an. M. 3472. Salvum factum esse scribit S. Augustinus.
Jeremias vidit virgã vigilantẽ & ollã succensam, quibus mala prædicebantur plurima an. M. 3406. Rex Babyloniorum Balthasar in convivio vidit cælesti manu exarari characteres in pariete, quibus eidem denuntiata est mors & regno finis. *Daniel.* 5. an. M. 3516. Cyrus intellecto Isaiæ vaticinio motus Judæis Hierosolymam redeundi potestatem fecit, simúlque sacra vasa restituit, quæ abstulit Nabuchodonosor. 1. *Esdræ* 1. an. M. 3517. Audita disputatione Zorababelis & duorum sociorum judæorum Darius Hystaspis sententiam tulit pro judæis de restaurando templo. an. M. 3533.	Templum Hierosolymitanum à Nabuchodonosore destructum, instauratur, aut illud potiùs restaurandi dedit copiam rex Cyrus, quam ratam etiam habuit Darius I. Hystaspis concedens multa alia Judæis dona & privilegia. 1. *Esdr.* 6. Judæi iterum Hierosolymis Dedicationem templi & festa Paschalia celebrârunt. circ. an. M. 3537. Esther, Mardochæus & Esdras inceperunt florere sub Artaxerxe Longimano an. M. 3592.	Rex Balthasar vasa sacra adhibuit in convivio ultimo. Cambyses veriùs tyrannus quàm rex persecutus est Hebræos & veram religionem, unde etiam ædificationem templi Hierosolymitani impedijt, quam Cyrus ejusdem pater jam concesserat. Hostes judæorum omni ratione laborârunt & vi & fraudibus impedire restaurationem templi Hierosolymitani, sed repulsi sunt à Dario Hystaspe. 1. *Esdr.* 4. *Item* 2. *Esdr.* 6.	Finis regni Babylonici fuit an. M. 3816. Judæi quamvis post impletos 70. annos in captivitate, Persarum Regibus fuerint subjecti, & rursum frui cœperint majori libertate, instar pilæ tamen suis ab hostibus semper fuerunt jactati, ut etiam magis apparebit ex seculis subsequentibus. Cambyses post varia crudelitatis patrata facinora in sororem, aulicos, aliásve personas regias tandem suomet occiditur gladio an. M. 3534.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SÆCULA Mundi à Diluvio.	Patriarchæ Testamenti Veteris.	Pontifices & Sacerdotes Testamenti Veteris.	Prophetæ Testamenti Veteris.
	Mortuus est Artaxerxes. 3629.	Eliasib fuit Pont. & dux usque ad an. M. 3630.	Esdras fuit Sacerdos, quem plerique prophetam fuisse agnoscunt, teste Salmano circa an. 3608.
SÆCULUM Mundi. XXXVII.	6. Darius Nothus, (cui anteponunt alij Xerxem II.) non immutavit decreta antecessorum suorum. reg. an. 20.	38. Joiathas. 39. Jonathas.	Initium 70. Hebdomadum à Daniele Propheta prædictarum est annus M. 3609.
	7. Artaxerxes Memnon rex præstantissimæ memoriæ. an. 40.	40. Jeddoa seu Jaddus Pont. factus an. M. 3690.	Continent autem hæ Hebdomades annos 490. non Solares sed Lunares tantùm; quæ diebus decem & aliquot horis sunt breviores.
	8. Artaxerxes III. seu Ochus regnavit. an. 22.		
	Artaxerxes Ochus an. M. 3709.	Jaddus fuit Pontifex usque ad an. M. 3730.	Quamvis hoc & sequentibus seculis nihil vel in Scriptura vel Patribus inveniatur de Prophetis veris, invenitur tamen plurimum de eventibus, quos ad hæc secula prædixerunt; veluti sunt de templo ædificando, de malis plurimis perferendis.
SÆCULUM Mundi.	redijt victor ex Ægypto in Asiam, atque ex Ægypto in Hyrcaniam & mare Caspium multos Judæos transtulit.	41. Onias I.	
XXXVIII	9. Arsames à Bagoa spadone occisus est an. M. 3715. reg. an. 3.	42. Simon. II.	
	10. Darius Codomannus reg. an. 9.	43. Eleazar II.	
	Imperium Persarum eversum 3724.	44. Manasses factus Pontifex & dux an. M. 3798.	
	Stetit annis. 208.		
	Alexander M. Hierosolymam ingressus est. an. M. 3722.		
	Mortuus est an. M. 3731.		
	Ptolomæus Lagi Ægypti rex Hierosolymam occupavit operâ Seleuci Nicanoris an. M. 3732.		
	Ptolomæus Philadelphus successit an. M. 3769.		

Miracula insignia Testamenti Veteris.	Incrementa Ecclesiæ Veteris.	Damna Ecclesiæ Veteris.	Bella, Dissensiones, & alia varia.
Nehemia duce Sacerdotes ex Babylonica captivitate reduces absconsum à majoribus suis sacrum ignem dum quæsiverunt, eundem in crassam aquam conversum invenerunt, quæ aqua super victimas & ligna Nehemiæ jussu aspersa in ignem mox conversa est, quo sacrificium ritè institutum est an. M. 3633. Specialis favor Divini Numinis exhibitus est Judæis in convertendo ad eorum partes rege Longimano, in contrahendis nuptijs cum Esthere, in sumptibus dandis pro ædificatione Hierosolymæ circ. an. M. 3600. &c.	Aman Assueri seu Artaxerxis Longimani minister primus obtulit regi decem milia talentorum, ut gentem Hebræam penitus eradicaret, cujus petitioni annuit primùm rex sed nondum cognitâ satis causâ, auditâ verò Esthere & mutatâ sententiâ occisa sunt impunè ex Hebræorum hostibus 75000. Amano cum decem filijs in crucem actis. an. M. 3601. Mardochæus fuit Typus Christi, Esther verò B. Virginis. *Salian.* Muri Hierosolymæ intra 52. dies restaurati sunt. an. M. 3609.	Noadia, Semejas & Pseudo-prophetæ alij cum Judæorum hostibus plurimis etiam hoc seculo valde obstiterunt Nehemiæ & reliquo fideli populo, quò minùs urbs Hierosolyma extrueretur. *Salian.* ad an. M. 3609. Mortui sunt Artaxerxes Longimanus & Nehemias ingenti luctu tam Persarum quàm Judæorum. an. M. 3629.	Esdras Sacerdos tum hoc tum priori seculo inter difficultates maximas maximam operam contulit ad conservandam & augendam veram Religionem; sacrificia enim fieri curavit; libros sacros reparavit; populum DEI legem docuit; matrimonia illegitima abrogavit; eam in rem idoneos judices constituit. In Persia orta sunt bella intestina inter Artaxerxem Memnonem & fratrem Cyrum, quorum hic in acie occubuit.
Jaddus Pontifex iram Alexandri M. primùm à Judæis offensi & ideo Hierosolymam properantis metuens, doctus est divinitùs cum Sacerdotum agmine venienti obviàm procedere, hinc Alexander venerabundus ad Pontificem accessit, & divinum in Tiara nomen miro splendore effulgens adoravit. *Briet. & alij.* an. M. 3722. 72. Interpretum ex tribubus Israel electorum mirus consensus in vertendis SS. Biblijs ex Hebraico Idiomate in Græcum, qui factus est in Insula Pharo. an. M. 3775.	Alexander M. in templo Hierosolymitano victimas vero Deo immolavit, modo tamen à vero Deo satis alieno. an. M. 3722. *Salian. & alij.* Libri SS. Bibliorum ex Hebraico idiomate in Græcum versi, fecerunt apud Græcos magnam æstimationem veræ religionis, Philadelpho rege litterarum amantissimo præclarum exemplum suis subditis præbente.	Manasses frater Jaddi Pontificis duxit Sanaballetis Samaritani filiam, quæ nuptiæ dederunt ansam Schismati inter Judæos & Samaritanos orto an. M. 3718. Sanaballetes ad Alexandrum à Dario deficiens, ut stabiliret magis nuptias inter Manassem & filiam suam celebratas, permittente Alexandro M. erigi curavit templum in Samaria, quod semper erat æmulum Hierosolymitano, creatus est ibidem etiam Manasses Pontifex novus. an. M. 3722.	Artaxerxes Ochus fratribus per summam injuriam sublatis ex consilijs & operâ Bagoæ ducis varia patravit crudelitatis plena facinora; unde etiam Judæos variè vexavit. Extincta est hoc seculo in Arsame rege ejúsque liberis familia regis Hystaspis; Darium enim Codomannum ex regia Familia non fuisse asserunt *Strabo & Justinus.*

SÆCULA Mundi à Diluvio.	Patriarchæ Testamenti Veteris.	Pontifices & Sacerdotes Testamenti Veteris.	Prophetæ Testamenti Veteris.
SÆCULUM Mundi. XXXIX.	Mortuus est Philadelphus an. 3806. Ptolomæus Evergetes eodem anno successit patri Philadelpho. Philopator Evergetis filius factus rex. an. M. 3833. Antiochus M. Syriæ rex pugnans contra Philopatorem, etiam Judæam peragravit an. M. 3837. Philopator victor Antiochi M. denuo Judæos subegit an. M. 3838. Philopatori successit Ptol. Epiphanes & Judæam occupavit. an. 3852. Antiochus M. victo Scopa duce Epiphanis Judæos subegit an. 3856. Antiochus Epiphanes Syriæ rex vexavit valde Hebræos an. M. 3858.	Manasses fuit Pont. & dux usque ad an. M. 3806 45. Onias II. solvit tributum Evergeti an. M. 3811. 46. Simon II. 47. Onias III. Pontifex usque ad an. M. 3882. Menelaus Pseudo-Pontifex fuit per an. M. 6. Anni Machabæorum. 48. Mathatias factus Pontifex & dux an. 3888. 49. Judas Machab. 3889. 50. Jonathas. 2894.	
SÆCULUM Mundi. XL.	Demetrius Nicanor Syriæ rex Jonathæ Hebræorum duci Judæam restituit an. M. 3909. Antiochus Sidetes vexavit multùm Hebræos, tandem amicitiam junxerunt & mutua sibi dona miserunt. an. M. 3921. Aristobulus factus est rex an. M. 3951. Alexandra Jannæi uxor se reginam constituit. an. M. 3979. Pompeius M. contra Aristobulum II. regni invasorem veniens Hierosolymam vicit, facta est proin Judæa Provincia Romana. 3991.	Jonathas fuit Pontifex & dux usque ad annum M. 3912. 51. Simon III. 52. Joan Hyrcanus. Pontifices simúlque reges an. 3951. 53. Aristobulus. 54. Alex. Jannæus. Pontifices non verò reges an. 3979. 55. Hyrcanus II. creatus est Pontifex an. 3979.	Natus est Herodes an. M. 3982. in quem tanquam in extraneum regem Judæ sceptrum transferendum prædixit Jacob propheta jam an. M. 2346.
SÆCULUM Mundi. XXXXI.	Antigonus Hebræorum dux, Judææ regnum petens à Cæsare rejectus est, Parthorum tamen ope potitus est Hierosolymâ & creatus rex an. M. 4014. Herodes Idumæus blanditijs à Romanis impetravit coronam Judææ. an. M. 4014. Hierosolyma ab Herode fuit expugnata. an. M. 4017. Antigonus ab Antonio securi percussus est & exstincta Machab. familia eodem anno. Consumptus à vermibus est Herodes. an. 4053. regnavit annis 37. vixit 71.	Hyrcanus II. fuit Pontifex usque ad an. M. 4024. 56. Ananelus. 57. Jesus. 58. Simon IV. 59. Mathatias II. 60. Johazar. 61. Eleazar III. 62. Jesus II. 63. Ananus. 64. Eleazar IV. 65. Simon V. 66. Caiphas, qui factus est Pontifex an. M. 4071.	Natus est S. Joannes Baptista Propheta & Zachariæ prophetæ filius an. M. 4052. Simeon in templo prophetavit, dum in manibus habuit DEum hominem. *Luc.* 1. Eodem tempore Prophetissa fuit Anna Phanuelis filia. *Luc.* 2.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Miracula insignia Testamenti Veteris.	Incrementa Ecclesiæ Veteris.	Damna Ecclesiæ Veteris.	Bella, Dissensiones, & alia varia.
Ptolomæus Philopator Ægypti rex dum Hierosolymis in adita templi temere tentavit irrumpere, membris corporis subitò labantibus divinitùs retardatus est. an. M. 3838. Idem in furias actus Judæos Elephantis obterendos exposuit in hippodromo; sed miro angelorum beneficio conservati sunt. an. M. 3838. Heliodorus à Seleuco Philopatore Asiæ minoris rege missus dum thesauros tentavit ex templo rapere, ab equite cælesti castigatus est. 2. *Machab.* 3. an. M. 3870.	Eleazar, Salomona mater & septem filij Machabæi pro religione fortissimè sustinuerunt martyrium. 2. *Mach.* 6. & 7. an. M. 3887. Mathatias Pontifex & dux fortissimè defendit religionem veram suo exemplo plurimos ad constantiam animans; Idem Judæum thus dijs adolentem interfecit. 1. *Mach.* 2. an. M. 3888. Judas Machabæus filius Mathatiæ secutus strenuè est exemplum patris sui.	Antiochus Epiphanes Ægypti rex impius, quem S. Hieronymus Anti-Christum vocavit, templum Hierosolymitanum penitus profanavit, legem Judæorum contempsit, libros sacros prohibuit, ritus gentium introduxit, mutavit & invertit sacra omnia, pœnis crudelissimis in eos statutis, qui impijs mandatis morem non gererent. 1. *Mach.* 1. an. M. 3886. Menelaus Pseudo-Pontifex dedit occasionem tantis Ecclesiæ malis. *Salian.*	Relicta ab Alexandro regna scil. Macedonia, Ægyptus, Syria, minor Asia, Judæa &c. valde vexata sunt per hæc secula bellis tum intestinis tum externis, Judæis nunc hunc, nunc alium regem sequentibus.
Contigit per hujus jam seculi decursum piscinæ Probaticæ Hierosolymis continuum miraculum, quo aquâ per angeli ministerium motâ primus è languentibus descendens valetudinem integram recepit. *Joan.* 5. Prodigijs pluribus fuisse prænuntiatum DEI & Deiparæ virginis adventum hoc & alijs seculis, vix est ex Orthodoxis, qui neget.	Joannes Hircanus Pontifex & dux Judæorum, postquam occisus est Antiochus Sidetes Syriæ rex, templum Samaritanum destruxit, quod permittente Alexandro M. à Sanabellete erectum est an. M. 3923. Aristobulus Joannis Hircani filius Ituræam ad religionem Judaicam & circumcisionem recipiendam coegit pœnâ exilij in eos statutâ qui restituerent. *Josephus* an. M. 3951.	Pharisæorum Secta, qua Judæorum ritus innovabantur & mutabantur, orta est hoc Seculo. Alexander Jannæus Pontifex victo Demetrio Eucæro Syriæ rege pro parte Judæorum altera in aciem progresso, dum mensæ accubuit, in crucem agi jussit 800. Judæorum, 8000. verò in exilium misit. Moriens secutus est partes Pharisæorum an. M. 3978.	Ex dissensione Pharisæorum & Saducæorum orta est seditio atque bellum civile tantum, ut in eodem 60000. Judæorum occubuerint. Aristobulus Joannis Hyrcani natu major filius matrem & fratrē Antigonum interfecit regnandi cupidine adactus; tandem tamē ex pœnitudine sanguinem fudit eo in loco, ubi fratrem occidi jusserat. *Vide Salian.* an. M. 3951.
Ex sene patre atque sterili matre nata est Mater DEI Virgo Virginum miraculum hactenus maximum an. M. 4038. Natus est JEsus Christus, DEus Homo miraculorum summum miraculum; ad quod meritò obstupuerunt muta idolorum ora. an. M. 4052.	Herodes templum Hierosolymitanū restauravit, illúdque magnificè exornavit; simúlque quartam templi Dedicationem celebravit dans præter suam intentionem & finem religioni incrementum. an. M. 4035. JEsus Christus fons omnis virtutis & veræ Religionis Ecclesiæ veteri fecit finem, novæ verò initium.	Herodes templum Samaritanum ab Hyrcano destructum restauravit. Rebus Religionem spectantibus se plurimùm immiscuit, Joan. Hyrcanum II. plusquam 80. annorum senem occidi jussit, Ananelum juvenem Pontificem dixit. an. M. 4024. Idem patrata cæde multiplici omnes pueros biennium nondum supergressos occidi jussit an. M. 4053.	Pompejus à Cæsare victus, & post amissam victoriam in Ægyptum fugiens proditoriè occisus est an. M. 4006. Antipater Idumæus pater Phasaelis & Herodis constitutus à Julio Cæsare præfectus Judææ: pater autem Phasaelem Hierosolymæ, Herodem verò præfecit Galilææ. an. M. 4008.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontificum Nomen, Patria, plurium Stemma, Anni Sedis.	Pontifices Virtutibus & quibusdam Miraculis clariores.	Pontifices ab Augmento Ecclesiæ dato notiores.	Pontifices Rituũ Ecclesiæ, dierumFestorum & Canonizationis Promotores.
SECULUM I. 1. D. Petrus Galilæus, ex Piscatore Apostolus & denique Christi Vicarius *M.* an. 24. 2. D. Linus Nob. Hetruscus *M.* 11. 3. D. Cletus Romanus *M.* 12. 4. D. Clemens I. Romanus *M.* 9.	D. Petrus Christi mandato Romã delatus & apparitione confirmatus, Simonem Magum &c. virtute & miraculis confudit, sub Nerone dein *Persecutionem I.* sustinuit, in cruce mortuus. D. Linus solius vocis virtute Idola ex alto præcipitavit, dæmones fugavit, inter Energumenos Saturnini Consulis filiam liberans. D. Cletus insigni patientiâ clarissimus tulit *Persecutionem II.* sub Domit. D. Clemens à Trajano in Tauric. insulam ejectus *Persecutionem III.* pertulit inter miracula insignia. NB. *Ob rerũ copiam omittuntur virtutes et miracula non pauca seculis omnibus.*	D. Petrus in Italia, Sicilia, Gallia, Germania & Hispania multos constituit Episcopos; in Italia nimirumDD. Ptolomæum, Marcũ, Paulinũ, Apollinarem, Euprepium &c. inSiciliaPanctatium, Martianum, Berillum &c. in Gallia Linum, Martialem, Sixtum, Sabinianum &c. in Germania Eucharium, Egistum, Marcianum &c. in Hispania Torquatum, Secundum &c. D. Cletus S. Ædiculas in urbe erigens ad imitationem sui animavit subditos Episcopos in Italia & Regnis alijs. D. Clemens inter Corinthios exortas turbas magnô Ecclesiæ bonô composuit.	D. Linus fœminas velatis capitibus jussit Sacris interesse. D. Cletus Stationes Romæ & alijs in locis instituit. D. Clemens vestes Sacerdotales &c. præscripsit, verba simul aliquot Missæ Sacrificio addidit. Hoc seculo à Pontificibus instituta est dies Dominica cum diebus festis haud paucis e. g. Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes &c. Item Jejunium quatuor temporum cum Quadragesima.
SECULUM II. 5. D. Anacletus Athenienſis *M.* 9. 6. D. Evaristus Græcus *M.* 9. 7. D. Alexander Nob. Romanus *M.* 10. 8. D. Sixtus I. Nob. Romanus *M.* 10. 9. D. Telesphorus Græcus *M.* 11. 10. D. Hyginus Athenienſis *M.* 4. 11. D. Pius I. Aquileiensis *M.* 9. 12. D. Anicetus Syrus *M.* 8. 13. D. Soter Campan. Ital. *M.* 4. 14. D. Eleutherius Neapolitanus *M.* 15. 15. D. Victor I. Africanus *M.* 9.	Tanta fuit virtus hoc II. seculo &c. Romanorum Pontificum, ut ipseLutherus cum sociis eos *sanctos Pontifices* dixerit, quos ad hoc asserendum commovit omnium nævorum absentia, quæ virtutis crebrò est probatio optima. D. Evaristus subHadriano Imperatore *Persecutionem IV.* magnô sustinuit animô multorum Christi Athletarum & Dux & socius. D. Victor furente Imperatore Septimio Severo, aut veriùs hujus socero Plautiano in *Persecutione V.* extinctus est, nunquam magisVictor, quàm ita victus.	D. AnacletusTitulosRomæ, seu Ecclesias certis limitibus distinctas Presbyteris &Diacon. assignavit. D. AlexanderDominicæ Passionis cultor eximius pro augmento Ecclesiæ egit tulitque plurima sub Aurelio Antonino: exemplũ Alexandri fortissimè secuti sunt inter multos Hermes urbis Præfectus & Quirinus cum filia Balbinia, quam contactu catenarũ sanatam & mirati & imitati sunt plures. A D. Eleutherio Lucius Britannorum, à D Victore Donaldus Scotorum Reges petiêrunt Ministros sacros, à quibus proinde Christiana dogmata edocti sunt Angli & Scoti.	D. Evaristus septem Diaconos Pontifici Rom. ad concionẽ dicenti jussit adesse testes adversus quosvis obtrectatores. Connubia clandestina prohibuit. D. Alexander usum aquæ lustralis promovit: panẽ aptã Consecrationi materiam fermentô misceri prohibuit: vinum verò aquâ mitigari præcepit. D. Telesphorus vernũ jejuniũ decretô firmavit. Nocte natiServatoris Sacrũ ter dici à Sacerdotibus voluit: hymnum *Gloria in excelsis &c.* introduxit: Sacerdotes &c. à profanis Tribunalibus exemptos esse declaravit. D. Hyginus baptizandis unum saltem patrinum addidit. D. Anicetus Clericorũ capillos coronæ similes formari jussit; consecrando Episcopo tres Episcopos constituit; Archi-Episcopum ab alio, quàm Primate suo in jus vocari vetuit &c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PONTIFICUM.

Pontifices Religiosorũ Ordinum, ac Cœtuum &c. Confirmatores.	Pontifices Literarum & Literatorum magni Æstimatores.	Pontifices Pseudo-Pontificum & Schismaticorum Victores.	Pontifices Hæreticorum intra & extra Concilia Oecum. Condemnatores.
D. Petrus Apostolici Collegii à Christo Ordinum omnium Religiosorũ Principe Divino Præses constitutus, unà cum subditis Apostolis obtinuit locum inter Ordines Religiosos primum. D. Cletus ex multorum opinione instituit *Ordinem Crucigerorum* dictum. D. Dionysius Areopagita Monasticæ Professionis hoc seculo jam factæ meminit *c. 6. Eccles. Hierarchiæ.*	D. Petrus D. Leonem Volaterris Romam Studiorum causâ profectum in domo Q. Fabii unà cum discipulis aliis literas maximè sacras docuit. Pontifices hujus seculi à quatuor Evangelistis plurimùm adjuti, discipulos sacris in scholis numerârunt jam multos, ex quorum numero denique Episcopos, alios Sacerdotes, alios Diaconos creârunt. NB. *Cùm Pontifices omnes mediocri saltem doctrinâ instructi fuerint, hinc non nisi scientiis clarissimorũ mentio fit hoc loco.*	Græci dissidebant ab Hebræis ob suas viduas à ministerio Ecclesiæ exclusas; ad schisma hoc tollendum creati sunt à Summo Episcopo septem Diaconi, inter quos D. Stephanus eminebat. Simon Magus Pseudo-Pontificum antesignanus res sacras mercimoniis exponere ausus, damnatur ab Apostolorum Principe; se tamen Dei Vicarium fingit, ut D. Petrum sua de Sede agat præcipitem. A D. Irenæo *primogenitus Sathanæ* fuit appellatus.	D. Petrus condemnavit Simonem Magum & Simoniacos, item Eunomianos *soli Fidei* omnia tribuentes. Hos ipsos impugnârunt etiam Apostoli Joannes, Jacobus & Judas. SS. Cletus & Clemens damnârunt Ebionis, Cerinthi & aliorũ dogmata, quibus Christo omnẽ Divinitatem adimere conabantur. Contra hos scripsit Evangelium suum S. Joañes, incipiens *à Genealogia Servatoris nostri secundùm humanitatẽ.* Damnati sunt teste Irenæo hæretici alij, qui docuerũt, *Deũ esse authorem omnium pravorum actuum.*
D. Thelesphorus *Anachoreta* dictus solitariam vivendi methodum partim exemplò suò, partim Pontificio favore multùm animâsse creditur. D. Pius cœtus Virginum ea lege probavit, ut ante 25. annum nulla ita susciperetur, ut liber non pateret regressus. Virginibus congregatis usum *velaminis* præscripsit; unde Athenagoras Athenensis Philosophus Christum hoc seculo professus in Apologia sua sic habet: *Invenias multos ex nostris & viros & fœminas, qui in cœlibatu consenescunt, quos Deo conjunctiores se futuros sperent.*	D. Hyginus Atheniensis quondam Philosophus primam Ecclesiæ Hierarchiam à Tyrannis turbatam in elegantes gradus distinxit à Philosophia sua auxilium accipiens. Cum Justino Philosopho, quem ab Antonino Cæsare permagni æstimari non ignoravit consilia communicans, hujus Philosophi operâ cædes Christianorum impedivit. D. Victor doctrinâ clarus cum Tertulliano Virorum hoc tempore doctissimo Rempublicam literariam promovit adversus Ethnicos & Hæreticos maximè.	D. Pius anno Pontificatûs secundò decretum edidit Schismaticis contrarium, quo Pascha die Dominica celebrari mandavit, contemptâ Hebræorum superstitione à nonnullis in Asia Episcopis probata. D. Victor eosdem Episcopos in sua sententia pertinaces anathematis fulmine ab Ecclesiæ communione removit, laudatus ob hoc à Concilio Nicæno I. non minùs Tertullianum insulæ spe dejectum, & ob hoc ad Montanos actum transfugam proscripsit.	D. Anacletus & Successores damnârunt Saturninũ &c. qui docebat 1. *Mundum à 7. Angelis esse creatum.* 2. *à Matrimonio tanquam à re diabolica esse abstinendum &c.* Item Basilidem, Carpocratem, Marcionistas &c. quorum primus spargebat *Cœlos esse conditos à 300. Angelis &c.* secundus asseruit *Christum à S. Josepho esse genitum &c.* reliqui dicebant *non esse licitum desiderare Martyrium &c.* contra hos scripsit D. Ignatius & D. Irenæus cum Tertullian. Damnati sunt à Sede Romana Montanistæ docentes 1. *Deum Patrem pro hominibus esse mortuum.* 2. *Persecutionis tempore nemini licitam esse fugam &c.* Item Quartadecimani *Paschatis festum Sabbatho affigentes*, Patripassiani & Monarchici, *unicam in Divinis Personam asserentes &c.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontificum Nomen, Patria, plurium Stemma, Anni Sedis.	Pontifices Virtutibus & quibusdam Miraculis clariores.	Pontifices ab Augmento Ecclesiæ dato notiores.	Pontifices Ritus Ecclesiæ dierum Festorum & Canonizationis Promotores.

SECULUM III.

16. D. Zephyrinus Roman. *M.* 18.
17. D. Calistus I. Roman. *M.* 5.
18. D. Urbanus I. Roman. *M.* 6.
19. D. Pontianus Rom. *M.* 4.
20. D. Antherus Græcus *M.* 1.
21. D. Fabianus Rom. *M.* 15.
22. D. Cornelius Roman. Nob. *M.* 2.
23. D. Lucius Rom. *M.* 1.
24. D. Stephanus I. Rom. *M.* 3.
25. D. Sixtus II. Atheniensis *M.* 1.
26. D. Dionysius Græcus *M.* 11.
27. D. Felix I. Rom. *M.* 2.
28. D. Eutychianus Thuscus *M.* 8.
29. D. Cajus Dalmata Philippo & Diocletiano sanguinis propinquitate conjunctus *M.* 12.
30. D. Marcellinus *M.* 8.

D. Calistus Blandinam & Privatum ambos sanguine illustres, sed corpore infirmos Baptismatis fonte restituit sanitati; paulò pòst *Persecutionem VI.* sustinens.

D. Fabianus in Pontificem electus in arduis negotiis avem cælestem columbæ simillimam habuit sibi præsentem.

D. Cornelius ob insignem in adversis constantiam & virtutes alias ab hæreticis laudatus sub Decio pertulit *Persecutionem VII.*

D. Lucius à D. Cypriano Carthaginis Epis. multis ornatus encomiis sub Valeriano Imp. in *Persecutione VIII.* capite est plexus.

D. Stephanus ab ipsis Donatistis hæret. permagni habitus, & à D. Augustino multis honoratus laudibus Lucillæ Tribuniplebis filiæ lumen oculorum restituit, à Valeriano Marti litare jussus suis precibus fulgura & tonitrua è cœlo impetravit, quibus concussum cecidit idoli delubrum. Similia his patrârunt DD. Felix, Eutychianus, Cajus & Marcellin. sustinentes *Persecutionem IX. & X.*

D. Calistus Palmatium Consulem & Simplicium Senatorem Rom. raris prodigiis ad Romanas aras convertit, emissos contra se milites oculorum usu privans & dæmones compescens: impetravit etiam ab Alexandro Imp. aream geminam, supra quam publicas extruxit ædes divino cultui dedicatas.

D. Urbanus S. Valerianum S. Cæciliæ sponsum hujusque fratrem Tiburtium & Maximum magnò Ecclesiæ bonò Christianis annumeravit.

D. Fabianus Gordianis & Philippis Imp. perchari, curavit multas diversis in locis erigi ædes sacras & basilicas, præcipuè verò in cæmeteriis Martyrum: eos ipse etiam Presbyteros & Diaconos à D. Anacleto in certis limitibus dispositos dixit *Regionarios*, quòd singulis eorum duæ regiones fuerint datæ, ut iis curandis, servandis & promovendis quavis data occasione invigilarent.

D. Zephyrinus ligneos calices ab aris removens, vitreos admisit. Confessionem & Communionem Paschalem præceptò novò confirmavit.

D. Calistus quatuor anni temporibus Sacerdotes initiari præcepit, cùm hactenus mense Decembri solùm sacer Ordo fuisset impertitus.

D. Urbanus argenteas lampades & calices aureos, si reditus suppeterent, in templis requisivit.

D. Pontianus Davidicos Psalmos à fidelium cœtu cantari, & Missæ Sacrificio publicam confessionem verbò *Confiteor &c.* à Sacerdotibus præmitti mandavit.

D. Fabianus feriâ 5. ante Paschatis Diem Chrisma novum ab Episcopis confici imperavit.

D. Eutychianus Manichæis obicem positurus carnes animalium, fruges, uvas, herbas &c. in aris reponi, & Sacerdotes super eas Ecclesiæ preces dicere jussit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ponrifices Religioſorũ Ordinum, ac Cœtuum &c. Confirmatores.	Pontifices Literarum & Literatorum magni Æſtimatores.	Pontifices Pſeudo-Pontificum & Schiſmaticorum Victores.	Pontifices Hæreticorum intra & extra Concilia Oecum. Condemnatores.
D. Lucius in domibus privatis & cœtibus Sacerdotum publicis omnem procul abeſſe ſexum fœmineum curavit, vix Sacerdotum matri aut ſorori concedens locum. D. Paulum Anachoretarum plurimorum authorem & hujus diſcipulos laudârunt D. Stephanus, Sixtus II. & præſertim D. Dionyſius Pontifex, qui ex monaſterio Romano in Pontificis Solium evectus, monaſticam vivendi methodum & verbîs & factis probavit.	D. Zephyrinus præcepit Epiſcopis, ut non alios, niſi ſpectatæ virtutis & doctrinæ Viros in Sacerdotum admitterent numerum. D. Pontianus doctrinæ & virtutum ſtudiô Philoſophos Platonicos ob concordiam Philoſophiæ Platonicæ cum Evangelica veritate ad Chriſti ſcholam tranſire docuit. Inter eosdem eminuerunt duo quondam Origenis diſcipuli germani fratres DD. Gregorius Thavmaturgus & Athenodorus uterque Epiſcopus doctrinâ maximè conſpicuus. D. Sixtus II. ex Athenienſi Philoſopho diſcipulus & denique Magiſter Chriſtianus in Hiſpania primùm doctrinæ ſuæ ſementem ſparſit, numerans inter Diſcipulos D. Laurentium & Vincentium Diaconos.	D. Zephyrinus Pſeudo-Epiſcopos nonnullos ſedes ſuas Romano Solio æquales, aut etiam ſuperiores dicere non veritos rejecit, literis ſuis hunc præfigens titulum: *Zephyrinus Pontifex Maximus & Epiſcoporum Epiſcopus.* Hoc Zephyrini exemplum ſecuti ſunt paſſim Pontifices deinceps. D. Cornelius Novatianum Stoicum ex Africa Romam translatum, & ſupremam ſibi dignitatem deberi multis modis contendentem, in Concilio Romano condemnavit; qua in Synodo Cornelii ſententiæ mox ſubſcripſerunt nomina Epiſcopi ſexaginta & tot Presbyteri.	Zephyrinus Marcioniſtas, 1. Proclum & Tertullianum cum ſociis hæreticis ab aris removit, eò quòd inter errores alios docerent *Matrimonium eſſe contractum diſſolubilem; ad ſecundas verò tranſire nuptias idem haberi ac fornicari.* 2. Origenis & ſociorum hæreſin, *qua* 1. *Filium DEI Adoptivum duntaxat eſſe*, 2. *animas ante generationem humanam creari*, 3. *pœnas inferni fine terminare &c.* pertinaciter docebant, Pontifices hujus & ſequentis ſeculi condemnârunt. D. Sixtus II. Sabellianos diſtinctionem in Divinis negantes, & hæreticos, *Apoſtolicos* dictos, Latriæ cultum Angelis tribuentes anathemate confixit. D. Eutychianus Manichæos DEum bonum & malum, animas item bonas & malas creatas aſſerentes, matrimonium damnantes, transmigrationem animarum admittentes anathemate notavit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontificum Nomen, Patria, plurium Stemma, Anni Sedis.	Pontifices Virtutibus & quibusdam Miraculis clariores.	Pontifices ab Augmento Ecclesiæ dato notiores.	Pontifices Rituũ Ecclesiæ, dierum Festorum & Canonizationis Promotores.

SECULUM IV.

31. D. Marcellus Rom. *M.* 5.
32. D. Eusebius Græcus. 2.
33. D. Melchiades Afer. 2.
34. D. Sylvester Rom. 21.
35. D. Marcus Rom. m. 8.
36. D. Julius I. Rom. 15.
37. D. Felix II. &
38. D. Liberius Rom. 15.
39. D. Damasus I. Hispan. 17.
40. D. Siricius Rom. 13.
41. D. Anastasius I. Rom. 4.

D. Marcellus à Maxentio Tyranno ad equorum cryptas condemnatus, inter agasones, dum fuit loco infimo, perseveravit esse in loco virtutum supremo.

D. Sylvester ex sanctis parentibus natus filius sanctior, virtutibus & signis præsente Constantino M. confutavit Taurum pertinacissimum Hebræorum, quem etiam ob hoc facinus ab ipsismet Hebræis trucidatum, vivis restituit.

D. Julius sub Constantio Tyranno *Persecutionem XI.* perferens, D. Athanasij symbolum toti Ecclesiæ, insuper habito quovis tormentorum terrore, commendavit, contemptô pariter Conciliabulô, in Thracia Constantij operâ coacto.

D. Damasus ob insignes virtutes, & quibusvis collata commoda ingentia, ab Africæ Episcopis *Pater Patriæ* jam dictus est, futurus primùm Pontifex.

D. Felix & Liberius sub Constantino & Juliano Apostata *Persecutionem XII.* superârunt.

D. Marcellus in urbe quinque parochias erexit, quibus viginti quinque diversos eósque Sacros præesse jussit ministros: hujus etiã Pontificis hortatu Lucina eximiæ probitatis vidua Romana bonorum suorum hæredem scripsit Ecclesiam, penates suos in ædem convertens sacram, quam *D. Marcelli templũ* posteri dixerunt.

D. Melchiades post victum Maxentium à Constantino M. Plautij Laterani, Romæ viri Patritij à Nerone Fidei causâ occisi penatibus donatus, omnem movit lapidem, ut Ecclesia indies augmentum sumeret.

D. Sylvester Constantinô M. Romæ baptizatô, Ecclesiæ incrementum dedit omni ex parte maximum, quod plurimùm auxit *Concilium Nicænum I.* etiam Constantini M. adjutoriô potentissimô suffultum.

D. Marcus insignes Basilicas Romæ erexit, quas unà cũ alijs plurimis Constantinus M. donis pretiosissimis exornavit.

Damasus adjutore Theodosio M. Synodum Constantinopolitanam I. celebravit.

D. Eusebius præcepit, ut Sacerdos Sacrum faciens consecratam hostiam in *Sindone linea, pura & candida* reponeret.

D. Melchiades sancivit, ut candelabra minimùm duo supra aram posita ardentes tenerent faces litante Sacerdote.

D. Sylvester Chrisma à solo Episcopo confici, confecto autem Chrismate frontes baptizatorum à Sacerdote obliniri voluit.

D Marcus mandavit, ut à Sacerdote Sacris operante subjungeretur finitis Evangelij verbis Nicæni Concilij symbolum maximè adversus Arium.

D. Damasus Psalmos Davidicos in choro alternis vocibus cantari præcepit, Psalmis singulis addens hanc clausulam: *Gloria Patri & Filio &c.*

D. Anastasius Christianum stare jussit populum, cùm Evangelium Sacerdos ad aram faciens legeret.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontifices Religiosorũ Ordinum, ac Cœtuum &c. Confirmatores.	Pontifices Literarum & Literatorum magni Æstimatores.	Pontifices Pseudo-Pontificum & Schismaticorum Victores.	Pontifices Hæreticorum intra & extra Concilia Oecum. Condemnatores.
Pontifices Romani duos præcipuè hoc seculo Ordines laudârunt & confirmarunt, nimirum Anachoretarum & Cœnobitarum, quales inchoârunt D. Antonius M. in Armenia, Scythia, Nitria & utraque Thebaide: D. Pachom. in Ægypto: D. Hilarius in Palæstina: DD. Basilius & Athanasius in Græcia: imò monasteria jam floruisse per Italiam, Galliam &c. testantur DD. Hieronymus, Ambrosius, Augustinus & Severus Sulpitius. Ordinem Equitum S. Lazari jam inchoatum esse hoc præsenti seculo, testis est Pius IV. Pontifex in Bulla instaurationis, seculo XVI. editâ.	D. Sylvester inter Doctores sui seculi primos jure numerari est meritus, testibus ipsis D. Helena, Constantino M. Imperatore, Alexandro Patriarcha Alexandrino, Marino Arelatensi Archi-Episcopo, ad quos omnes misit epistolas insigni doctrina refertas. Liberius inter viros eruditos adeò eminuit, ut ob hoc etiam à DD. Ambrosio, Basilio & Athanasio fuerit celebratus. D. Damasus communicatis cum D. Hieronymo frequenter studiorum consilijs eundem D. Doctorem animavit ad sacra Biblia ex idomate Græco in Latinum trasferenda, ut Sacerdotes maximè proficerent in addiscendis & docendis Scripturis sacris. Conscripsit idem Damasus varios libros Theologicos & gesta Pontificum trium primorum seculorum.	Schisma inter Liberium & D. Felicem quondam Romæ Archidiaconum authore vel adjutore Constantino Imperat. excitatum terminavit uterque, Liberius nimirum & Felix, uterque successu temporis factus Constantii adversarius constantissimus. D. Damasus Ursicinum Romanum Diaconum per centum & triginta septem occisorum hominum funera in Solium Pontificis eluctantem, tandem operâ Valentiniani II. Imp. feliciter superavit: schisma etiam confutavit adversus Romanos Pontifices excitatum à Lucifero Episcopo Calaritano, qui cum sociis pertinaciter negabat, Episcopos in scelera vel hæreses lapsos, & denuo conversos, pristino dignitatis gradui posse restitui.	D. Melchiades Majoranum & Donatum, *Spiritum S. minorem Filio, Filium minorem Patre* docentes ex Ecclesiæ gremio ejecit. D. Julius conciliabulum Constantii Imp. in Thracia coactum condemnavit: in Synodo Romana & Sardicensi Arium cum sociis proscripsit. D. Siricius in Concil. Rom. rejecit Jovinianum cum assecls, quibus præ virginitate matrimonium adeò placuit, ut *Deiparam post natum Christum Virginem permansisse* pertinaciter negârint. D. Damasus anathemate confixit Apollinaristas & Antidicomarianos *Deiparam Virginem perpetuam* negantes: item Collyridianos &c. *Deiparam Latriæ cultu* colentes: ad hæc Priscillianistas *Deum bonum & malum* statuentes, & denique Macedonium *Spiritui sancto* Divinitatem negantem. D. Anastasius denuo damnavit Origenistas, Jovinian. & Seleuc.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontificum Nomen, Patria, plurium Stemma, Anni Sedis.	Pontifices Virtutibus & quibusdam Miraculis clariores.	Pontifices ab Augmento Ecclesiæ dato notiores.	Pontifices Rituũ Ecclesiæ, dierum Festorum & Canonizationis Promotores.

SECULUM V.

42. D. Innocentius I. Albanus. 15.
43. D. Zosimus Græcus. 1.
44. D. Bonifacius I. Rom. 5.
45. D. Cælestinus I. Rom. 8.
46. D. Sixtus III. Rom. 8.
47. D. Leo I. Rom. 20.
48. D. Hilarius Sardus. 5.
49. D. Simplicius Tiburt. 15.
50. D. Felix III. Rom. 9.
51. D. Gelasius I. Afer. 4.
52. Anastasius II. Rom. 2.

D. Innocentius I. à DD. Hieronymo & Chrysostomo maximi factus, constantiam suam in rebus adversis testatus est universis contra Eudoxiam Imperatricem & Theophilum Alexandriæ Pseudo-Episcopum Chrysostomi adversarium.

D. Cælestinus I. inter gravissimas Ecclesiæ turbas consenescens, Deiparæ honores ad extremum usque spiritum defendit.

D. Sixtus III. ab Anicio Cons. Rom. de carnali sacrilegio infamatus, Concilio Romæ convocato ventilari causam hanc continuò jussit *Pontifex virgineus*, qualem unanimi sententia dixerunt 57. Episcopi.

D. Leo ab omnibus bonis, quin & malis virtutem in hoste æstimantibus *Magni* nomine appellatus, à sexcentis & pluribus Patribus Chalcedone congregatis hunc in modum est honoratus: *Leo sanctissimus, Apostolicus & Oecumenicus Patriarcha per multos annos vivat &c.*

D. Felix III. Tarsillæ nepti suæ D. Gregorii M. amitæ post obitum suum lucidissimis circumdatus radiis apparuit, relinquens argumentum vitæ & mortis suæ optimè transactæ.

D. D. Bonifacius I. & Cælestinus I. à Theodosio II. Imp. auxiliis firmati *Concilio Ephesi Oecum.* congregato, mores discolorum Sacerdotum &c. severè castigârunt, quibus operam suam addixerunt SS. Augustinus, Germanus, Lupus & alij Patres multi.

D. Leo *Concily Chalcedonensis inter Oecumenica IV.* Præses, Martiano Imp. Pontifex acceptissimus, quin Attilæ etiam Hunnorum & Genserico Vandalorum Regibus neutiquam ingratus Romanam Ecclesiam inter tumultus publicos conservavit & promovit.

D. Simplicius Ecclesiæ incrementum dedit Comprecationibus fidelium publicis, quas longa procedentium serie per urbem compita, aliàs verò per vicos, agros &c. primùm in Italia & Gallia, deinde verò orbe Christiano universo instituerunt Ecclesiæ.

D. Gelasius S. Synaxin etiam Laicis sub specie gemina impertiri præcepit, ut factô contrario hæreticos vinceret Manichæos.

D. Innocentius I. Donatistas osculô pacis in Ecclesiæ gremiũ recipiens hunc osculi morem in officiis ad aram solennioribus observari suasit. Præceptum etiam reliquit, quo feriâ 5. in Cœna Dom. consecratas hostias pro Sacerdote & infirmis servari mandavit.

D. Zosimus etiam in paræciis minoribus *Cerei paschalis lumen* requisivit. Clericis aditum in popinas interdixit.

D. Bonif. è Clericorum cœtu exclusit servos & ære alieno pressos.

D. Cælestinus Salutationi Angelicæ addit verba: *Sancta Maria Mater DEI &c.* quæ Concil. Chalcedonens. denuo confirmavit.

D. Leo SS. Missæ Sacrificio has addidit voces: *Orate fratres &c. Hanc igitur oblationem &c. sanctissimum Sacrificium, Immaculatam hostiam &c. Ite Missa est.*

D. Hilarius è numero Sacerdotum exclusit eos, qui unquam duxerunt viduam.

D. Simplicius Ecclesiasticorum proventuum partem Episcopo, partem alteram Fabricæ, tertiam pauperibus, ultimam denique Clericis suo officio fungentibus deberi declaravit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontifices Religiosorū Ordinum, ac Cœtuum &c. Confirmatores.	Pontifices Literarum & Literatorum magni Æstimatores.	Pontifices Pseudo-Pontificum & Schismaticorum Victores.	Pontifices Hæreticorum intra & extra Concilia Oecum. Condemnatores.
D. Leo M. ex multorum sententia Canonicorum Regularium & Cœnobitarum Regulas à D. Hipponensium Præsule conscriptas confirmavit. D. Gelasius eandem vivendi methodum ab Augustino utrisque adaptatam, plurimis commendavit: unde pluribus ad Institutum hoc, ùt vocant, observandum convolantibus tyronibus, concessit Lateranense Monasterium. Joannem Cassianum congregatos Monachos erudientem, & S. Alexandrum Studitharum Religiosorum Virorum, seu Acæmitharum vel authorem vel promotorem singularem, laudârunt Innocentius I. & Leo M. aliique Pontifices.	D. Innocentius Trithemij & aliorum testimoniô Theologus contra hæreticos quosvis potentissimus, scientiæ suæ testes reliquit libros adversus Pelagium, Bonifacium &c. inscriptos. D. Sixtum III. Card. Bellarminus & Scriptores alij numerant inter Authores librorum Ecclesiasticorum. D. Leonem alij *Demosthenem*, alij *sacræ eloquentiæ Tullium*, alij *Petrum in Sede Pontificia*, alij demum *Leonem undique M.* dixerunt. D. Gelasius Magni Doctoris Augustini discipulus in Collegio præsertim Lateranensi promovit literas, scriptis ad Imperatores & Viros Principes epistolis, & libris de vinculo anathematis, nec non contra Pelagianos editis, inclytus & celebris. Scripsit insuper hymnos ad imitationem S. Ambrosij.	D. Bonifacius I. Eulalium R. E. Archidiaconum Pontificios honores ambientem, Honorii Imp. auxiliô ex urbe ejecit. D. Sixtus Joannem Antiochiæ Patriarcham cum S. Cyrillo Alexandriæ Antistite vinculô amicitiæ conjunxit, obicem ponens damnis gravibus ex schismate oriri solitis. D. Simplicius Anatolium Constantinopolis Patriarcham non solùm Episcoporum subditorum, sed & supremi Præsulis Sedem despicientem refutavit. D. Gelasius Anastasium Or. Imp. Ecclesiæ Rom. Primatui unà cum aliis Episcopis reluctantem anathemate confixit in Concilio Romano, in quo declaratum est, locum I. deberi Sedi Romanæ, locum II. Alexandrinæ, locum III. Antioch. &c. Item inter Synodos Oecumenicas venire loc. I. Nicænam. II. Constantinopolitan. III. Ephes. IV. Chalcedonensem.	D. Innocentius I. Pelagium cum sociis Cælestio & Juliano *divinorum auxiliorum* hostibus privavit communione fidelium. D. Cælestinus & 200. Episcopi in Concilio Ephesino condemnârunt Nestorium *B. V. DEI Matrem* dicere renuentem. D. Leo M. Eutychen, Dioscorum & Nestorium *unam tantùm in Verbo Divino Naturam* asserentes in Concil. Chalcedonensi hæreticos pronunciavit. D. Felix III. Enoticon Zenonis Imp. constantissimè rejecit, probè gnarus, Romanam Ecclesiam nulla ratione obnoxiam esse compositione tali, quali vel Viri Principes pacem componere, vel mercatores de merce & pretio transigere solent.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontificum Nomen, Patria, plurium Stemma, Anni Sedis.	Pontifices Virtutibus & quibusdam Miraculis clariores.	Pontifices ab Augmento Ecclesiæ dato notiores.	Pontifices Rituũ Ecclesiæ, dierumFestorum & Canonizationis Promotores.

SECULUM VI.

53. D. Symmachus Sardus. 15.
54. D. Hormisda Campan. Ital. 9.
55. D. Joannes I. Hetrus. 2.
56. D. Felix IV. Benevent. 4.
57. D. Bonifacius II. Rom. 1.
58. D. Joannes II. Rom. 4.
59. D. Agapetus I. Rom. 1.
60. D. Sylverius Rom. 4.
61. D. Vigilius Rom. 15.
62. Pelagius I. Rom. 4.
63. Joannes III. Rom. 13.
64. Benedictus I. Rom. 4.
65. Pelagius II. Rom. 2.
66. D. Gregorius M. I. Rom. Nob. 13.

D. Symmachus Anastasium Imp. epistolâ Apostolicæ authoritatis plenâ officij sui admonuit; Theoderici Gothorum in Italia Reg. edicta Immunitari Ecclesiasticæ contraria spretô capitis periculô nullius esse valoris declaravit; Thrasamundo in Africa, Alarico II. in Hispania Regibus fortissimè restitit, ut Arium nunquam non impugnaret.

D. Joannes II. Constantinopolim Româ profectus gemino in via claruit miraculô; præsente enim Justino Imp. sola manuum impositione cæco visum reddidit: equus etiam ab illustri fœmina Joanni in via commodatus, supra se nunquam deinceps admisit sexum fœm.

D. Agapetus teste D. Gregorio M. hominem mutum & claudum sacrô priùs epulô refectum Crucis signô docuit bene loqui & ritè ambulare.

D. Gregorium M. S. Ildephonsus his paucis lineîs probè depinxit: *Gregorius M. superavit sanctitate Antonium, eloquentiâ Cyprianum, & scientiâ Augustinum; quare mortem ejus merito luxit Orthodoxus orbis universus.*

DD. Symmachi & Hormisdæ vigilantiâ commotus Justinus Imp. Legatos à Sum. Pontifice petiit, ut in Oriente lux nova oriretur Ecclesiæ, & pax diu desiderata rediret fructu per Orientis Imperium magno. Eodem tempore Hormisdam recreavit lætus de Clodovæi Francorum Regis conversione nuntius, cui Regi DD. Remigium & Alcimum misit Apostolos amplissimis privilegiis munitos.

D. Hormisda quoque Hispanis & Lusitanis Joannem Taraconensem & Salustium Hispalensem Episcopos misit.

D. Agapetus *Synodum Constantinopolitanam inter Oecumenicas V.* præcipuè adversus Severum Antiochiæ EpiscopũTheodoræ Imp. operâ suffultum celebravit.

Pelagius II. Leandri Hispalensis & aliorum sociorum zelosissimorum operâ Gothorum Regem Reccaredum &c. ad orthodoxa Sacra convertit, licèt priùs in Hispaniæ Regno Suevi Theodomirum, Mironem, Eboricum & Andecam jam Reges Orthodoxos venerati sint.

Pelagius II. Ecclesiæ cantum cæpit exornare; Præfationes enim, ût vocat Ecclesia, complures componi vel curavit, vel jam compositas S. Canoni præmitti imperavit.

Vigilius diem Purificationi B. V. sacum instituit.

Pelagius II. Clericis & Monachis à Choro absentibus privatam horarum Canonicarum recitationem injunxit.

D. Gregorius M. aspersionem sacrorum cinerum super caput prima verni jejunij luce adhiberi suasit: ceremonias circa sepulturam mortuorum & Sacra pro iisdem dicenda ordinavit: Cantum item Ecclesiasticum & Ritus sacros magna ex parte emendavit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontifices Religiosorũ Ordinum, ac Cœtuum &c. Confirmatores.	Pontifices Literarum & Literatorum magni Æstimatores.	Pontifices Pseudo-Pontificum & Schismaticorum Victores.	Pontifices Hæreticorum intra & extra Concilia Oecum. Condemnatores.
Joan. III. Monasterium Suessione in Gallia à Clotario Rege in honorem Dei Genitricis erectum multis privilegijs munivit. D. Benedictus ex eremo sua denique regressus, solis instar universo propemodum orbi apparuit; confirmata & omnibus bonis probatâ regulâ dimisit Viros Zelô Apostolicô inflammatos in varia Regna. D. Gregorius M. à S. Benedicto conscriptam, à Deo dictatam, à D. Hormisda aliisque Pontificibus jam laudatam vivendi methodum plurimùm promovit, Patriarchæ hujus Sanctissimi filijs duodecim monasteria extruendô, D. Benedicti regulâ procul dubio & ipse ad tantum virtutis apicem evectus.	Quamvis nullus non hoc etiam seculo Pontifex laudem à doctrina sua sit meritus, præ alijs tamen excelluerunt DD. Symmachus & Hormisda, de quibus testimonium dicunt libri in lucem editi. D. Agapetus ut doctrinam sacram Romæ redderet celebriorem, Theologiæ scholas publicas aperiri jussit, inter Romanos Pontifices primus, qui stipendia Doctoribus solvit. D. Gregorius M. omni literarum genere instructissimus, scripsit librorum sat amplum catalogum, inter Ecclesiæ Rom. Doctores primo numerari loco meritus: proprii calami testimonio Monasteriorum Æstimator maximus cum virtutibus literas conjungi verbis, exemplis, & præceptis curavit.	D. Symmachus Cœlium Laurentium Presbyterum Card. Romanos fasces magnopere ambientem, auxiliô Theodorici Regis Ariani post multas cædes & rapinas à Laurentio & sociis patratas devicit. D. Bonifacius mortis aut divinæ veriùs Providentiæ beneficium agnovit, dum Dioscorum Card. Sedi Pontificiæ insidiantem, subitaneo correptum morbô vidit extingui. D. Sylverius à Theodora Imperatrice in exilium ejectus, convocatô ad se exulum Episcoporum Conciliô, Vigilium cum asseclis condemnavit, parem sententiam ferens adversus Theodoram: scripsit ad hæc ad Amatorem Episcopum his verbis: *Sustentor pane tribulationis & aquâ angustiæ, nec tamen dimissi, aut dimitto officium meum.*	D. Bonifacius Eutychianos instar lohi succrescentes, condemnatos denuo urbe expulit. Joannes II. Acæmetarios Constantinopoli *in asserenda Christi naturæ passibili* contrarios sibi censuris perstrinxit. Vigilius primò Pseudo-Pontifex, sed D. Sylverij morte, & miraculis conversus trium Episcoporum Theodori Mopsvesteni, Ibæ Edesseni, & Theodoreti Cyri tria, ùt vocârunt Capitula, non penitus condemnavit, tametsi penitus à Justiniano Imp. condemnata esse non ignorâret. Denique tamen non immeritò damnationis sententiâ proscripsit. Pontifices hujus seculi publicârunt & condemnârunt Severianos, Jacobitas, *Monasteriorum, Sacerdotum & Sacramentorum hostes*; item Schematicos, Barsanianos, Christolitas &c. in Sanctos, Sanctorum Imagines & Christum ipsum sævientes.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontificum Nomen, Patria, plurium Stemma, Anni Sedis.	Pontifices Virtutibus & quibusdam Miraculis clariores.	Pontifices ab Augmento Ecclesiæ dato notiores.	Pontifices Rituũ Ecclesiæ, dierum Festorum & Canonizationis Promotores.

SECULUM VII.

67. Sabinianus Thuscus. m. 5.
68. Bonifacius III. m. 8.
69. D. Bonifacius IV. 6.
70. DEusdedit I. Rom. 3.
71. Bonifacius V. Neapolitan. 7.
72. Honorius I. Camp. Ital. 12.
73. Severinus Rom. 1.
74. Joannes IV. Dalmata. 1.
75. Theodorus I. Hierosolymitanus. 7.
76. D. Martinus I. Tudertinus. 5.
77. D. Eugenius I. Rom. m. 6.
78. D. Vitalianus Neapolitanus. 13.
79. Deusdedit II. Rom. 7.
80. Donus seu Domnus I. Rom. 1.
81. D. Agatho I. Siculus. 5.
82. D. Leo II. Siculus m. 10.
83. D. Benedictus II. Rom. m. 8.
84. Joannes V. Syrus. 1.
85. Conon Thrax m. 11.
86. D. Sergius I. Syrus. 13.

DEusdedit I. hominem morbô elephantiacô affectum oris osculô repentè sanavit.

Theodorus I. *Persecutionem XV.* parem ferè Neronianæ sub Constante Imp. perpessus, trophæa Martyribus erexit, Pontifex trophæo simili dignissimus.

D. Martinus I. nocte nato Servatori Deo Sacra, à Constante Imp. gladiô conducti sicarii impetitus, à Superis est servatus, obrigescente continuò manu militis, qui eodem momento oculorum usu quoque est orbatus.

D. Eugenius magnis laudibus est honoratus, quòd fuerit miræ patientiæ, religionis, mansuetudinis, munificentiæ &c.

D. Agatho I. ob editorum miraculorum multitudinem *Thaumaturgi* nomine est ornatus.

D. Benedictus II. à Constantino V. ob eximias virtutes maximi habitus, ejusdem Constantini filios, rogante Augusto Genitore virtute & doctrinâ erudiit.

D. Sergius Zachariam Ducem à Justiniano II. Imp. cum exercitu missum, ut Pontifici vim inferret, adversus cives Romanos Zachariæ fortiter resistentes adeò defendit suum inimicum, ut in extremas angustias redactum & fugitivum sub strato Pontificio absconderit.

D. Bonifacius IV. templum Pantheon in ædem sacram convertit OO. SS. honoribus consecratam; unde initium suum duxit dies OO. SS. festus.

Bonifacius V. Eduardum Anglorum Regem per Virios Apostolicos in Angliam missos, Orthodoxa docuit dogmata.

Honorius I. Herculii Imp. de Cosroe Persarum Rege triumphantis, & S. Crucem inter multa miracula Hierosolymam reducentis victoriâ probè utendum ratus, turbatam in Oriente Ecclesiam emendavit.

Deusdedit II. Imperatori Constantino V. pacis vinculô conjunctus, illata ab Imperatoribus Constantinô prioribus Ecclesiæ damna resarcivit.

Domnus Constantini etiam amicitiam ambire doctus, Monothelitarum molitiones elusit.

D. Agatho à Constantino V. facilè impetravit decretum, quo se nihil in vendicanda sibi Pontificis confirmatione acturum recepit, exemplô Successoribus relicto.

D. Sergius incrementum dedit præclarum Ecclesiæ, dum Batavis, Saxonibus & Frisonibus misit novos in vineam Domini operarios.

Sabinianus lumen nunquam facilè extinguendum sacris in ædibus requisivit, ut erga DEum Eucharisticum in hominum animis perpetuum amorem accenderet: præcepit insuper, ut Monachi, nec minùs Clerici campanæ sonitu convocarentur ad Psalmos Davidicos statutis horis cantandos.

D. Bonifacius IV. Monachis privilegium fideli populo suis in ædibus ministrandi Sacramenta concessit.

Honorius I. post relatam ab Heraclio Imp. è Persîde S. Crucem, *diem Exaltationis S. Crucis* toti Ecclesiæ promulgavit.

D. Vitalianus harmoniæ Musicorum in sacris ædibus organi sonum superaddidisse fertur.

D. Sergius *ter agnus Dei &c.* in Missæ Sacrificio à Sacerdotibus alta voce pronuntiari voluit, ut populus fidelis memor esset Remissionis omnium culparum à Christo Agno Patientissimo factæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontifices Religiosorũ Ordinum, ac Cœtuum &c. Confirmatores.	Pontifices Literarum & Literatorum magni Æstimatores.	Pontifices Pseudo-Pontificum & Schismaticorum Victores.	Pontifices Hæreticorum intra & extra Concilia Oecum. Condemnatores.
Quamvis hoc seculo nullus legatur Virorum Religiosorum status recens confirmatus à Rom. Pont. D. Benedicti tamen regula ubivis terrarum præsertim in Europa ita plurimis fuit probata, ut etiam purpurâ & coronis Regijs decorata Capita relictis sceptris nomen suum huic regulæ subscripserint : Viri verò & fœminæ Principes alij S. Benedicti honoribus dedicanda Monasteria &c. erexerint, quæ Rom. Pontifices amplissimis privilegiis identidem ampliùs ornârunt & confirmârunt. Inter purpurâ insignes Monasticam vitam amplexi sunt S. Sigebertus Austrasiæ Rex ; S. Josæus Regis Britonum filius ; S. Fiacrius Scotorum Regis filius ; Bamba Hispaniæ Rex &c.	D. Martinus I. inter doctissimos sui temporis Viros numeratus, scripsit varias epistolas eo virtutis & doctrinæ spiritu, ut *absque pijs lachrymis legi non possint* teste Ciaconio. S. Leonem II. vocat Trithemius *Virum in divinis & secularibus scripturis eruditissimum Græcâ & Latinâ linguâ copiosè instructum, subtilem, eloquentem, & non minùs sanctum quàm doctum.* Inter alia, Concilij Constantinopolitani *III.* Acta, Græco idiomate scripta, ipse in Latinum transtulit. D. Agatho Pont. literis instructissimus in Concilio Romano vehementer doluit Virorum suo tempore doctorum paucitatem. D. Sergius I. ab Antonio Possevino & Jodoco Coccio inter Scriptores Ecclesiasticos numeratur.	Honorius I. Schisma Istrianum annis 70. continuum sustulit, Fortunato Patriarcha ob schisma & hæresin deposito. Ob suppetias hanc in rem à Venetis Pontifici missas, Respublica Veneta *Christianissimæ* nomine fuit insignita. Deusdedit II. Ravennæ duos Archi-Episcopos Maurum & Reparatum ab aris removit, quòd suos Clericos Pontificis Jurisdictioni subijcere renuerent. D. Leo II. Constantini V. operâ in ordinem redegit Ravennatensium Antistites, qui Exarchorum potentiâ freti, parvi pendebant Romanam Curiam, ut suam pluris facerent, præsertim in eligendis & confirmandis Episcopis novis. D. Sergius Paschalem Romæ Archidiaconum Pontificiæ dignitatis æmulatorem ambitiosissimum Monasterij claustris inclusit, tenebris, quàm luci magìs idoneum.	Severinus *Ecthesin* seu Fidei explanationem Heraclij in Monothelitarum hæresin lapsi damnavit, damnandam cum eadem hæresi mox à Successore Joanne IV. D. Martinus in centum & quinque Episcoporum Synodo Romæ rejecit *Typum*, seu Fidei formulam à Constante Imperatore datam, à Paulo autem Constantinopolis Episcopo Monothelita dictatam. Domnus Monotheliturum hæresin ferè totam extirpavit. Deusdedit II. Nestorij Sectatores jam crebrò condemnatos Româ expulit. D. Agatho in Concilio Laterano, & mox Constantinopolitano Oecumenico Monothelitarum placita penitus abolere feliciter studuit. Macariũ Antiochiæ Patriarcha turpissimarum fraudum & mendaciorum publicè convictũ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontificum Nomen, Patria, plurium Stemma, Anni Sedis.	Pontifices Virtutibus & quibusdam Miraculis clariores.	Pontifices ab Augmento Ecclesiæ dato notiores.	Pontifices Rituũ Ecclesiæ, dierum Festorum & Canonizationis Promotores.

SECULUM VIII.

87. Joannes *VI.* Græcus. 3.

88. Joannes *VII.* Calaber. 2.

89. Sisinnius Syrus. dieb. 20.

90. Constantinus Syrus. 6.

91. D. Gregorius *II.* Rom. 16.

92. D. Gregorius *III.* Syrus. 10.

93. D. Zacharias Calaber. 10.

94. Stephanus *II.* Rom. dieb. 4.

95. Stephanus *III.* Rom. 5.

96. D. Paulus *I.* Rom. 10.

97. Stephanus *IV.* Siculus. 3.

98. Hadrianus *I.* Rom. Nobilisſ. 23

99. D. Leo *III.* Rom. 20.

Joannes VI. humanitate & mansuetudine Gisulphum Beneventanum Ducem ita permovit, ut armatum exercitum ex territorio Romano reduxerit, & idem territorium Pontifici restituerit.

Joannes VII. Justiniano II. Imp. per duos Episcopos missos enixè roganti, ut Canones in Conciliabulo Constantinopolitano collectos probaret, nihil concessit contemptis quibusvis periculis.

Constantinus erroneam Fidei formulam à Felice Ravennæ Archi-Episcopo sibi oblatam, dum aræ imposuit, subitanea nigredine mutatam vidit.

D. Gregorius II. D. Gregorio M. ob gestorum & virtutum præstantiã comparatur.

Stephanum III. ipsimet hæretici *egregiæ pietatis & prudentiæ Virum, nec non viduarum & pupillorum Defensorem* nuncupârunt.

D. Paulus I. captivorum & ægrotantium casas auxilij causâ visitavit crebrò, vix uno alteróve famulo comitante. In *Persecutione XVI.* sub Copronymo plura quàm decem Christianorum millia numeravit occisa.

Hadrianus I. centum pauperes diebus singulis suo in palatio pavit. Carolus M. teste Eginhardo, Pontifici huic sibi charissimo epitaphium scripsit virtutum multarum compendium, simúlque Regiis lachrymis eidem parentavit.

Constantinus à Justiniano II. Imp. humanissimè susceptus, Orientalem Ecclesiam haud una tantum ex parte restituit.

D. Gregorius II. amicitiâ Luitprandi Longobardorum Regis & Caroli Martelli in Francia Ducis animatus, Leoni Isaurico SS. Imaginum hosti fortissimè restitit: missô etiam in Germaniam D. Bonifacio erectis Monasteriis & paræciis gentilium superstitiones eradicavit.

S. Gregorius III. ob destinatos à se Germanis Viros Zelô Apostolicô ardentissimos, vocatus est *Germanorum Apostolus.*

D. Zacharias Luitprando Longobardorum Regi acceptissimus, Pipinum Francorum Regem confirmavit; ipsi etiam Copronymo Imp. vim amicam faciens, Ecclesiam Rom. adversus Iconomachos &c. constanter defendit.

Stephanus III. Pipini Francor. Regis auxiliô exarchatũ Ravennatensem Pontificiæ denuo fecit ditionis, aperiens in eadem Provincia campum peramplum reparandæ fidei.

Hadrianus I. operâ Caroli M. Italiam Longobardis purgat; Germaniam, Galliam &c. multis Diœcesibus auget. In Oriente Constantini VI. & Irenes Matris auxiliis potens, *Nicænam Synodum II. inter Oecumenicas VIII. celebrat, in qua restitutus SS. Imaginibus cultus.*

D. Gregorius II. Clericorum & Monachorũ in Germania mores & Ritus Ecclesiæ emendavit antiqua Ecclesiæ sacra restaurans, abactis etiam è Clericorum domibus fœminis. Diem quoque Sabbathi tempore verni jejunij inter dies esuriales non numerantibus Germanis multis fortiter obstitit, præceptum Ecclesiæ antiquum objiciens.

D. Zacharias obortam inter DD. Bonifacium & Virgilium de Baptismi formula à Germano Sacerdote perperã pronuntiata disputationem sententiâ Pontificiâ decidit.

D. Leo III. omnium Pontificum I. Germaniam petens, Baderbornæ præsente Carolo M. & 365. Episcopis templum ibidem aulicum Ritu Romano consecravit; Verdæ autem Suitbertum Episcopum in Sanctorum numerum adscripsit, ubi Canonizatio omnium *prima solennis* est adhibita.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontifices Religiosorũ Ordinum, ac Cœtuum &c. Confirmatores.	Pontifices Literarum & Literatorum magni Æstimatores.	Pontifices Pseudo-Pontificum & Schismaticorum Victores.	Pontifices Hæreticorum intra & extra Concilia Oecum. Condemnatores.
Zacharias Carolomannum Pipini Francorum Regis fratrem D. Benedicti filijs aggregatum, veste Sacerdotali ornavit; Rachi verò Italiæ Regi, ut Carolomanni vestigia sequereretur, suasit atque persuasit: acceptis eodem tempore nuntijs, exempla talia in Anglia ab Ethelredo, Cheuredo & Offa, simúlque in Northumbria ab Egeberto & Cleofulo Regibus monstrari, hanc ob causam D. Benedicti regulam amplioribus privilegijs honoravit. Stephanus IV. Copronymo Monachorum & Monasteriorum hosti acerrimo fortissimè resistens, templa & Monasteria passim multa extrui curavit & extructa confirmavit.	D. Gregorius *II.* propter hausta librorum notitiam à D. Sergio I. Bibliothecæ Pontificiæ præesse jussus, dein verò cum Constantino Pont. Constantinopolim ad Justinianum *II.* Imp. profectus pro re Catholica dixit & scripsit fructu doctrinæ maximo. In Germania Fidei Romanæ Rudimenta & literas Germanas simul & Latinas exponendas D. Bonifacio & socijs multis commendavit. D. Gregorium *III.* S. Scripturæ adeò peritum fuisse tradunt, ut Psalterium Davidis memoriâ penitus comprehensum audientibus reddere valuerit. D. Zacharias doctrinâ suâ huic seculo commendatissimus, literas Monasterij maximè commendavit: D. Gregorij M. Dialogos ipse ex Latino idiomate in Græcum transposuit.	Theophilactus Archidiaconus Rom. dignitatem Pontificiam ambiens, repellitur à Stephano III. aut potiùs ab hujus Electoribus Pontificijs. Stephanus IV. Constantinum licèt Laicum, Pontificiæ tamen Sedis invasorem, Desiderij Longobardorum Regis auxiliô fretum, in Monasterium abire compulit, ut discederet ab insano proposito desistere. D. Leo *III.* à Paschali Primicerio Rom. & Campulo Sacellano Hadriani *I.* nepotibus, Dignitatis supremæ avidissimis, in processione, uti vocamus, publica tanta vi est occupatus, ut exanimatum ferè Pontificem Monasterio S. Erasmi incluserint; eadem tamen nocte à plagis curatum, & valetudini pristinæ divinitus restitutum.	Philippicus Imp. unam duntaxat in Christo naturam asserens, cultum simul SS. Imaginum cum Conciliabulo suo impugnans, à Constantino I. Pontifice condemnatus, à populo autem Constantinopolitano est rejectus. D. Gregorius II. Leonem Isaur. tam in Occidente, quàm in Oriente edictum suum contra SS. Imagines spargentem refutavit, & condemnavit: Gregorio suam operam addixerunt miraculis etiam comprobatam D. Germanus Constantinopoli, & D. Damascenus in Syria. Stephanus III. coactum à Copronymo conciliabulum & errores contra Sanctos & SS. Imagines rejecit. DD. Gregorius III. & Zacharias anathema dixerunt Adalberto Gallo & Clementi Scoto, huic SS. Patrum, illi SS. Reliquiarum hosti. Hadrianus I. & D. Leo anathemate confixerunt Albanenses, ante Christi natales 1. *Nullum fuisse hominem justum.* 2. *Mundum nunquam cœpisse* docentes &c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontificum Nomen, Patria, plurium Stemma, Anni Sedis.	Pontifices Virtutibus & quibusdam Miraculis clariores.	Pontifices ab Augmento Ecclesiæ dato notiores.	Pontifices Rituũ Ecclesiæ, dierum Festorum & Canonizationis Promotores.
SECULUM IX.	Eugenius II. SS. Imaginum contra Mich. Balbum Orient. Imperatorem providus defensor, *pupillorum* etiam *Pater & viduarum tutor* passim est nominatus.	Stephanus V. à seditiosis Romæ civibus in Galliam abire compulsus, dum in campis Rhemensibus à Ludovico Imp. excipitur, campum invenit Reipublicæ Christianæ potentissimum.	Eugenius II. præcepit, *ne ad Electionẽ Rom. Pont. quispiam deinceps accederet, nisi illi, qui ex antiqua consuetudine &c. jus eligendi Pontificem haberent; qui secus facerent, Pontificis ac Cæsaris gratiâ excciderent, exilióque damnarentur.*
800. Stephanus V. Rom. 7.	D. Leo IV. Eucharistiæ Sacramentô militibus contra Saracenos pugnaturis impertitô, bis hostes navali prælió superavit: Crucis etiam signô incendium Romæ tristissimum extinxit, simûlque basiliscum pestiferum, præsente copiosissimo populo, die Assumptæ in cœlos Virgini sacra suis precibûs abegit.	D. Paschalis jura & bona prioribus jam seculis Ecclesiæ asserta, à Ludovico Cæs. confirmari magìs, lætatur.	Gregorius IV. festam OO. SS. lucem Romæ hactenus tantûm celebratam, ubivis terrarum deinceps celebrandam instituit.
801. D. Paschalis I. Rom. 7.	D. Nicolaus M. à multis *alter Elias*, ab alijs *Phinees novus*, ab omnibus demum multis laudatus encomiîs *Magni* nomen est adeptus.	Gregorius IV. D. Benedicti regulîs à puero probè informatus, Viros regulâ, doctrinâ & virtutibûs sibi pares, in Daniam, Sueciam, aliásque Septentrioni proximiores misit Regiones, ut Fidei lumine tenebras ignorantiæ dispellerent.	Joanni VIII. palmarum benedictionem adscribunt nonnulli: alij verô æquiori jure priorum seculorum Pontificibus tribuunt.
802. Eugenius II. Rom. 3.	Hadriani II. in pauperes liberalitatem Superi sunt visi commendâsse miraculis, è quorum numero erat illud, dũ Minister Pontificius quadraginta denarios in pauperes elargiri jussus ingentem multitudinem ita iisdem donavit, ut pauperum singuli tribus donati argenteis, liberalitatem Hadriani ad cœlos laudibus extulerint.	Benedictus III. ex Lotharij Imp. Monasterium Pramiense ingressu, ingentem collegit Ecclesiæ fructum: cum Ludovico Lotharij filio vires junxit, ut Ecclesiæ & Imperio ampliùs prodessent; cum Michaele etiam Or. Imp. rebus Ecclesiasticis incrementum restituit.	Benedictus III. funera Virorum Ecclesiasticorum honoraturus magìs suasit, ut Pontifices unà cum Episcopis, Presbyteris &c. deductioni Cardinalium funebri ad tumulum usque adesse non gravarentur.
803. Valentinus Rom. m. 1.			
804. Gregorius IV. Rom. 16.			
805. Sergius II. Rom. 3.			
806. D. Leo IV. Rom. Illustriss. 8.			
807. Benedictus III. Rom. 2.			
808. D. Nicolaus *M.* I. Rom. 9.			
809. Hadrianus II. Rom. 4.			
810. Joannes VIII. Rom. 10.			
811. Marinus I. Gallus. 1.			
812. Hadrianus III. Rom. 1.			
813. Stephanus VI. Rom. 6.			
814. Formosus Rom. 5.			
815. Stephanus VII. Rom. 4.			
816. Romanus I. Rom. m. 4.			
817. Theodorus II. Rom. d. 20.			

Pontifices Religiosorũ Ordinum, ac Cœtuum &c. Confirmatores.	Pontifices Literarum & Literatorum magni Æstimatores.	Pontifices Pseudo-Pontificum & Schismaticorum Victores.	Pontifices Hæreticorum intra & extra Concilia Oecum. Condemnatores.
Quamvis hoc IX. seculo ferè nemo Religiosum erexisse Ordinem legatur, Romani tamen Pontifices plerique ex Monasteriis in Purpuratorum Patrum cœtum, aut ad Infulas evocati, & inde in Solium Pontificium promoti, non magis verbô, quam factis stabiliverunt Religiosam vivendi methodum, ipsius Imp. Lotharij &c. exemplô illustratam. Ordo Equitum S. Andreæ in Scotia fundatur à Rege Achajo, postquam Anglos memorabili pugnâ & victoria fugavit.	Gregorius IV. ob eruditionem suam & doctrinam permagni æstimatus est & laudatus à Rabano Mauro Archiepiscopo doctissimo, item ab authoribus Adamo Bremensi, Alberto Kranzio, Baronio &c. D. Nicolaum M. adhuc puerum cùm virorũ quispiam fixo notâsset oculô, parentem ejus enixè rogavit, curaret filium S. Scripturæ lectione &c. erudiri, addens, fore, ut eâdem summopere indigeat. Vatem hunc virum fuisse testantur Scriptores multi, à quibus omnibus ejus temporis Doctoribus præfertur, & D. Gregorio M. comparatur. Hadrianus II. illustravit seculum epistolis copiosis ad Imperatorem & Reges datis, item librô suô, quem *Formam sanctarum Legum* vocârunt.	Eugenio II. cum copijs succurrit Lotharius I. contra Zinzinum Card. quem seditiosi multi oppositerunt Pontifici. D. Nicolaus M. S. Ignatium Constantinopolis Patriarcham adversus Photium, diuturni schismatis Latinos inter & Græcos authorem constanter defendit; quem nihilominus Joannes VIII. Pont. suadente Basilio Imp. in eam sedem admisit, postquam agnitum suum mox errorem è summo Vaticani loco palam detestatus fuit. Stephanus VI. Leonis V. Imp. amicitia potentior, Photium & Santabarenum amovit, hunc oculis orbatum & flagellis cæsum; illum verò Monasterio inclusum. Formosus Antipapam Sergium adeò sibi expertus est infensum, ut ille Pontificis insignia ad aram stantis vi sibi arripuerit.	Gregorius IV. contra Theophilum Orient. Imperat. in Sanctorum Imagines sævientem, non absque miraculo anathematis sententiam pronuntiavit. Parem sententiam tulit Benedictus III. in Anastasium Card. Gallos in Italiam evocantem, & D. Petri templum spoliantem. Pontifices hujus seculi damnârunt 1. Godeschalcum Belgam, qui docuit *dari Prædestinationem à Catholicis rejectam*; item *Christum pro iis tantùm esse mortuum, qui salvantur.* 2. Claudium Episcopum Taurinensem *Nestorianum.* 3. Græcos asserentes 1. *Spiritum non procedere ex Patre & Filio.* 2. *Non esse jejunandum in Sabbatho &c.* Propter plures errores proscripserunt Pontifices Photium.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontificum Nomen, Patria, plurium Stemma, Anni Sedis.	Pontifices Virtutibus & quibusdam Miraculis clariores.	Pontifices ab Augmento Ecclesiæ dato notiores.	Pontifices Rituũ Ecclesiæ, dierumFestorum & Canonizationis Promotores.

SECULUM X.

118. Joannes *IX.* Tiburtin. 3.

119. Benedictus *IV.* Rom. 2.

120. Leo *V.* Ardeatin. d. 40.

121. Sergius *III.* Rom. 3.

122. Anastasius *III.* Rom. 2.

123. Landus Sibinus m. 6.

124. Joannes *X.* Rom. 16.

125. Leo *VI.* Rom. m. 6.

126. Stephanus *VIII.* Rom. 1.

127. Joannes *XI.* Rom. 4.

128. Leo *VII.* Rom. 3.

129. Stephanus *IX.* Germ. 3.

130. Marinus *II.* Rom. 3.

131. Agapetus *II.* Rom. 9.

132. Joannes *XII.* Thuscus. 9.

133. Benedictus V. Rom. 1.

134. Joannes *XIII.* Rom. 6.

135. Domnus *II.* Rom. m. 3.

136. Benedictus *VI.* Rom. 1.

137. Benedictus *VII.* Rom. 9.

138. Joannes *XIV.* Papiens. 1.

139. Joannes *XV.* Rom. 10.

140. Gregorius *V.* Saxo. 2.

Leo VI. à Victorello ob pacem Ecclesiæ redditam ita est laudatus, ut majori virtutum encomio se dignum reddere vix potuerit inter turbatissima tempora.

Marinus II. Principes Christianos ad pacem dandam & conservandam animavit maximopere; unde nomen *Pacifici Papæ* est consecutus. Tametsi præter memoratos alij hoc seculo non defuerint Pontifices Rom. omnibus encomiis dignissimi, e. g. Benedictus IV. Leo V. Anastasius III. Leo VII. Stephanus VIII. & IX. Benedictus VII. Joannes XV. & Gregorius V. nihilominus Sergius III. Landus, Joannes X. XI. & XII. obscurum aliàs jam seculum hoc tantò ampliùs obscurârunt, ut horum posteriorum vitia vituperijs ampliorem, quàm priorum Pontificum virtutes laudibus dederint locum, apud eos præsertim rerum æstimatores, qui potiùs multiplicandis alienis vitijs, quàm augendis suis virtutibus invigilant.

Stephanus VIII. Spineum Bohemiæ Ducem ad Romana perduxit sacra.

Joannes XIII. Joan. Capuan. Ducem, col au auxilij causâ, Capuæ creavit Archiepiscopum, omnium Archiepiscoporum primũ in inferiore Italia, in qua tamen nunc numerantur 22. Pontifex hic ab Ottone II. severo Italorum vindice, bona à Berengario Pseudocæs. Ecclesiæ erepta, recepit. Coronam deinde Imperij Augusto assertori suo imposuit, implens festivis acclamationibus Italiam simul & Germaniam. Acceptis etiam de Micislai Polonor. Ducis conversione literis, in Polon. misit Viros doctrina & virtute conspicuos.

Haraldo Danor. Rege Romana dogmata probante, Benedictus VII. Daniæ Regnum, missis Episcopis &c. uberiùs instruxit; Ottone autem II. defuncto, ut bellis poneret obicem, mox Ottonem III. Cæsarem dici curavit.

Joan. XV. D. Adalbertum Bohemis & Hung. Christianæ Fidei misit Doctorem.

Anastasius III. Episcopo Papiensi præter alia privilegia concessit & istud, sedendi nimirum supra albicantem equum, & in Concilijs occupandi locum Pontifici proximum, sinistrum tamen.

Joan. XIII. campanis, confectis Ecclesiæ precibus benedicere, & eas inscriptionibus sacris ornare cæpit.

Benedictus VII. sodalitatem pro purgandis Defunctorum manibus institutam laudavit.

Joan. XV. SS. Missæ Canonem, ùt vocamus, alta voce recitari vetuit. Hugonem Capetum Franciæ Regem ex asse Catholicum *Ecclesiæ Defensorem & Status restauratorem* cognominavit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontifices Religiosorũ Ordinum, ac Cœtuum &c. Confirmatores.	Pontifices Literarum & Literatorum magni Æstimatores.	Pontifices Pseudo-Pontificum & Schismaticorum Victores.	Pontifices Hæreticorum intra & extra Concilia Oecum. Condemnatores.
Leo VII. Congregationem à Bernone primùm, dein verò à S. Odone Abbatibus Cluniaci partim institutam, partim amplificatam, sub Regula D. Benedicti confirmavit, quam temporis successu ingressi sunt non pauci divitiis, sanguine, sceptris & coronis Viri ornatissimi. Benedictus VII. regulam Camaldulensium à S. Romualdo conscriptam, & fructu per Europam maximo, jam tum promotam commendavit. Relictis seculi curis vitam monasticam elegerunt Fortunius Navarræ, Alphonsus Legionis, Constantius III. Scotorum, Hugo Italor. Reges; item Ursus, Petrus Ursеolus, Vitalis Candianus & Memmus Venetorum Principes.	Leo VII. inter arma & tumultus hujus seculi perpetuos Musis silentibus, ex Cluniacensi Monasterio Romam evocavit cum sociis Doctoribus Odonem Abbatem fama sanctitatis, eruditionis & eloquentiæ laude celeberrimum. Benedictus VII. nihil non egit, ut Statui Ecclesiastico literarum præsertim sacrarum æstimationem conciliaret: hanc ob causam de literis promovendis egit cum Ottone II. Cæsare, D. Romualdum laudavit, quòd suis in Discipulis virtutes præclarè cum doctrina vinculo conjungeret. Quamvis hoc tempore inter plerosque Clericos Pallas & Apollo fuerint muti: in Monasterijs tamen Chorum literis distinxerunt, quod abundè testantur authores & libri ex Monasterijs posteris relicti.	Joannes IX. contra Sergium Pseudo-Pontificem Ravennæ convocavit Concilium, in quo Stephani VII. acta sunt reprobata, Formosi verò rursum confirmata. Octavianus Alberici Tusculani Comitis filius contra Agapetum II. & Ottonem I. dimicans, à Clericis Romanis denique admissus est in Sedem Pontificis, vocatus Joan. XII. verùm superveniente Ottone ob coronatum Berengarium Pseudo-Cæsarem Soliò Romanò est pulsus, & in idem Solium promotus Ecclesiæ Rom. Proto-Notarius Leo VIII. dictus. Benedictus VI. ùt fides est, jugulatus fuit ab amicis Ferucij Card. qui bis Rom. Solium occupans, Bonifacij VII. nomen sibi imposuit. Gregorius V. Placentinum Episcopum Joannis XVI. nomen usurpantem removit.	Etsi seculum hoc plurimis malis fuerit refertum; ab hæresi tamen ferè totum fuit immune; non enim, nisi in fine Leviardus homo è plebe natus, in Gallia inter æquales hæresin excitavit rudissimam, spargens, *uxores esse derelinquendas, Cruces & Crucifixi DEI Imagines pedibus esse calcandas, Decimas non esse cuiquam tribuendas.* Præcipitavit se tandem hic in puteum. In Italia eodem tempore Vilgardus Grammaticus & Poeta dæmonum præstigiis deceptus, videre sibi visus est Homerum, Virgilium, Horatium, Ovidium, Juvenalem &c. hoc ludibrio motus, dictis Poetarum tanquam Fdei articulis credendum esse docuit, gladiò tandem & igne sublatus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontificum Nomen, Patria, plurium Stemma, Anni Sedis.	Pontifices Virtutibus & quibusdam Miraculis clariores.	Pontifices ab Augmento Ecclesiæ dato notiores.	Pontifices Rituũ Ecclesiæ, dierum Festorum & Canonizationis Promotores.

SECULUM XI.

141. Sylvester *II.* Aquitan. 4

142. Joannes *XVI.* dict. *XVIII.* Rom. m. 5.

143. Joannes *XVII.* dict. *XIX.* Rom. 5.

144. Sergius *IV.* Rom. 2.

145. Benedictus *VIII.* Comes Thusciæ. 12.

146. Joañes *XVIII.* dict. *XX.* Rom. 9.

147. Benedictus *IX.* Rom. 10.

148. Gregorius *VI.* Rom. 2.

149. Clemens *II.* Saxo. m. 9.

150. Damasus *II.* Bavar. m. 1.

151. D. Leo *IX.* Alsata Comes de Tachsberg. 5.

152. Victor *II.* Suevus Comes de Calb. 2.

153. Stephanus *X.* Lotharingus è Regum Franc. stemmate oriundus. m. 8.

154. Nicolaus *II.* Sabaudus. 2.

155. Alexander *II.* Mediol. 11.

156. Gregorius *VII.* Senens. 12.

157. Victor *III.* Beneventan. 1.

158. Urbanus. *II.* Nob. Gall. 11.

Sylvester *II.* Arnulpho Rhemens. Eccl. Archiepiscopo adversario suo pertinaci, veniam indulsit plenam, confirmato eodem in suo munere, datô eidem libello contra quosvis obtrectatores.

Sergius *IV. Petri nominis* religione cõmotus, *Sergij* nomen assumpsit. Sergiũ hunc tantâ præditum innocentiâ fuisse testatur, ut nihil pœna aut etiã pœnitentiâ dignũ tota ejusdẽ ætate fuerit notatũ.

D. Leo IX. adhuc parvulus, miraculô ab interitu servatus, dum Pontifex per Germaniã transiit, à Dynastis duobus è stemmate Schwarzenburgico natis, ædem à se extructam ut consecraret rogatus, extensâ dexterâ eidem domui eminus benedixit, dynastis verò petentibus, ut cominus ceremonias perageret, respondit: *ite, & nisi lustratæ ædis signa expressa deprehenderitis, reversi me revocate.* Viderunt ipsi & invenerunt. Basileensis Diœcesis similia aut majora his beneficia à Leone IX. sibi concessa memorat. Damiani nobis sufficiant verba: *Fuit Leo IX. moribus Angelus, factis Apostolus, conversatione Sanctus, miraculis Vir prodigiosus.*

Victor II. adversùs Subdiaconum suum Pontificis vitæ insidiantem, geminô servatus prodigiô, conservavit suis precibus hominem vitâ vix dignum.

Gregorius VII. in vita & post mortem claruit miraculis, testibus omni exceptione majoribus.

Sylvester *II.* Stephano Hungarorum Regi *Crucem Regibus Hungariæ deinceps muneris Apostolici insigne* misit.

Joan. *XVII.* Roberti vetè Christianissimi Regis adminiculô tutus, Conciliis in Francia celebratis, rem Catholicam per Occidentis Regna curavit præclarè: quin Latinã & Græcam Ecclesiam denuo unionis vinculô conjunxisse scribitur. Bambergensibus Episcopum, Magdeburgicis verò Archiepiscopum, annitente D. Henrico concessit. DD. Brunonem & Bonifacium alterum misit ad Prussiæ populos Christiana Fide imbuendos.

Joan. *XVIII.* cum Conrado *II.* Imp. Canuto Anglorum, & Rudolpho Burgundorum Regibus, Romæ simul præsentibus, multa in Rempublicam Christianã utilissima transegit.

D. Leo *IX.* octo Concilia minora per Italiam, Germaniam & Galliam celebravit, quibus in utilitatem Ecclesiæ Græcæ & Latinæ laboravit.

Gregorius *VII.* præceptũ Ecclesiæ Clericis matrimonia interdicens, setiô & severè inculcavit, tollendis multis inconvenientiis remedium saluberrimum. Reluctantes præcepto ab officiis remoti sunt Episcopi Bremensis, Salisburgensis, Spirensis, Argentoratensis &c.

Sergius *IV.* per suos legatos Pont. & 30. Episcopos præsertim Germanos ædis Bambergensis dedicationem solennissimam, & mox Synodum Germanicam celebravit.

Benedictus *VIII.* denuo decrevit, ut in festis majoribus finitîs Evangelij verbîs Romanæ Fidei symbolum à Sacerdotibus subjungeretur.

Benedictus *VIII.* Bambergæ templum alterum consecravit, D. Stephani honoribus dedicatum.

D. Leo IX. litem de D. Dionysij reliquijs inter Parisios & Ratisbonam agitatam dirimens, pro parte ultima decidit; Ratisbonæ pariter in Divorum album referens Wolfgangum & Erhardum.

Urbanus II. in Concil. Placent. preces in honorem M. Virginis compositas cum præfatione die Sabbathi dici solita, confirmavit. S. Crucis signum priùs jam usitatissimum, militum vestimentis, vexillis &c. inseri jussit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontifices Religiosorũ Ordinum, ac Cœtuum &c. Confirmatores.	Pontifices Literarum & Literatorum magni Æstimatores.	Pontifices Pseudo-Pontificum & Schismaticorum Victores.	Pontifices Hæreticorum intra & extra Concilia Oecum. Condemnatores.
Ordo Clericorum, quos Canonicos Regulares vocamus, ab Alexandro II. confirmatur denuo, confirmatus jam V. seculo. Gregorius VII. Grandimontensium in Gallia regulam ratam habuit. Carthusianorum vivendi methodum authore D. Brunone in Gallia inchoatam, maximi duxit Urbanus *II.* & Successores Pontifices multi. Antonianos in Nosocomiis morbô decumbentibus inservientes, laudavit pariter Urbanus *II.* Hujus etiam Pontificis authoritate per Galliam & alia Europæ Regna cæperunt florere Cistercienſium Monasteria, authore Roberto Molismensi Abbate Fundatore. Monasticam vitam suo in Monasteria ingressu illustrârunt hoc seculo Michael Stratonicus, Isacius, & Comnenus Orientis Cæsares &c.	Sylvester II. ante Pontificatũ Gerbertus nuncupatus, ob exquisitã suam doctrinam Hugoni Gallorum Regi, dein Ottoni *III.* Imp. gratissimus, demum à sacris Electoribus Pontifex dictus est. D. Leo IX. inter doctissimos sui seculi viros numeratus, scripsit homilias, sermones & epistolas his etiam doctissimis seculis æstimatas. Gregoris VII. doctrinâ suo ævo nemine inferior, inter turbas Ecclesiæ & Imperii maximas dum egit omnia, nihil ob angustias temporis & curarum molem, præter epistolas plurimas in lucem edere potuit, quibus tamen evicit plurima, plurium Conciliorum Pontificis nomine Præses & Pontificius Legatus perpetuus. Pontifex creatus factis suis multorum probatissimorum & improborum libros implevit.	Benedictus VIII. Gregorium Antipapam amoturus in suppetias vocavit D. Henricum Cæsarem. Benedictus IX. Episcopum Sabinensem *Sylvestrum III.* appellatum potentia Comit. Tusculanorum superavit, vix ipse dignus gloriâ Pontificia. Gregorius VI. dum difficillimum schisma inter Benedictum, Sylvestrum & Joannem sustulit, ab Imperatore Henrico III. oppositum sibi Clementem II. veneratus est Pontificem, Electoribus Pontificiis cũ Gregorio vim & mala majora vitantibus. Nicolaus II. in Concil. Sutrienſi sententiam tulit contra Tusciæ Comites, Joannem Episcopum Veltrensem, dictum *Benedictum X.* in Pontificis Thronum extollentes. Alexander II. Pallavicinum Parmens. Epis. *Honor. II.* appellatum in Concilio Mantuano rejecit. Gregorius VII. Guibertum Raven. Episc. *Clement. III.* vocatum, & Henrici IV. Imp. armis suffultum constantissimè repulit.	Sergius IV. Heribertum & Liroium hæresiarchas *DEum unum & trinum &c.* blasphemantes anathemate percussit. Nicolaus II. Berengarium Turonensem Archidiaconum in SS. Eucharistia *Veram corporis & sanguinis præsentiam* negantem in Concilijs condemnatum sapere docuit. Gregorius VII. anathemate fulminavit 1. Reordinatorum defensores, qui Simoniacos ad Ecclesiam per pœnitentiam reversos sacris Ordinibus initiari denuo præcipiebant. 2. Cerularios Constantinopolitanos ex varijs hæresibus coagulum formantes. 3. Simoniacos, quorum hæresi venales passim fiebant Prælaturæ & beneficia quævis Ecclesiastica in Italia, Gallia & præcipuè in Germania, Henrico IV. Imp. Simoniacis omnem libertatem indulgente.

Pontificum Nomen, Patria, plurium Stemma, Anni Sedis.	Pontifices Virtutibus & quibusdam Miraculis clariores.	Pontifices ab Augmento Ecclesiæ dato notiores.	Pontifices Ritu Ecclesiæ, dierum Festorum & Canonizationis Promotores.

SECULUM XII.

159. Paschalis *II.* Thusc. Nob. 18.
160. Gelasius *II.* Campan. Ital. 1.
161. Calistus *II.* Nob. Burgund. 5.
162. Honorius *II.* Bononiensi 5.
163. Innocentius *II.* Rom. ex Nobilissima famil. de Matthæis. 13.
164. Cælestinus *II.* Hetruscus. m. 5.
165. Lucius *II.* Bononiens. Nob. m. 11.
166. Eugenius *III.* Pisan. Nob. 8.
167. Anastasius *IV.* Nob. Rom. 1.
168. Hadrianus *IV.* Anglus. 4.
169. Alexander *III.* Tusc. 22.
170. Lucius *III.* Lucensis. 4.
171. Urbanus *III.* Mediolan. è Cribell. genere. 1.
172. Gregorius VIII. Benevent. m. 2.
173. Clemens III. Rom. 3.
174. Cælestinus III. Rom 6.

Paschalis II. honores constanter fugiens, ex Alberto Allatrino Episcopo adhuc ferè juvenis intellexit conferendos sibi honores Pontificios.

Honorius II. Pontificiam dignitatem adversario suo, sponte jam paratus cedere, ab omnibus eligitur denuo, & confirmatur Pontifex, DD. Norberti & Bernardi in virtutibus multis æmulus.

Anastasius II. in caritate annonæ egenis liberalissimè subvenit, cui proinmortuo pauperes copiosissimis lachrymis parentârunt.

Gregorius VIII. ob raras animi dotes & virtutes præclaras miro omnium Electorum consensu lectus Pontifex, datis ad Viros Principes literis adeò commovit omnes, ut consensu unanimi expeditionem sacram in Ægyptum adornârint; Cardinales verò complures pedibus iter Palæstinam versus aggressi sint, & universa propemodum Ecclesia ad virtutem seriò incumbere sibi proposuerit.

Clemens III. diffidium annis 50. gravissimum Pontifices inter & Senatum Romanum, ad Reipublicæ methodum introducendâ denuo propendentem, mansuetudine sua singulari dissipavit.

Calistus II. tribus Concilijs Viennæ, Tolosæ & Rhemis in Gallia celebratis addidit quartum, *Lateranense I. Oecumenicum*, in quibus actum de bello sacro Palæstinam versus suscipiendo; item de causa beneficiorum Ecclesiasticorum, quorum *Collationem* datis Imperatorijs literis Pontificiæ Sedi jure deberi confessus est denique Henricus V. Imp. Pontifex verò D. Jacobo Archiatro suo gratũ se exhibiturus, Compostellæ Archi-Episcopum dedit, subijciens ejusdem curæ totam vicinam Provinciam.

Honorius II. missis in Germaniam Gerardo, in Galliam Matthæo, in Angliam Joanne Card. Legatis, Ecclesiæ prodesse summopere studuit; Hyberniam per D. Malachiam Episcopum Connerensem reformavit; Cardinales quoque in Daniam, Sueciam, Bohemiam &c. magnô Ecclesiæ emolumentô legavit.

Innocentius *II.* unà cum Lothario *II.* Imp. æquitatis studiosissimo, Ecclesiæ juribus prospexit. *Concilium Lateranense II. Oecum.* gubernavit.

Alexan. III. mortuo Eugenio expeditionis sacræ promotore ardentissimo celebravit *Concilium Lateran. III. Oecum.*

Innocentius II. in Concilio Pisano S. Hugonem Episcopum sacris Ordinibus initiatutus, Ecclesiæ Ritus methodo solenniori observavit, observandos etiam alijs Episcopis.

Lugdunensis Ecclesia diem Conceptæ sine macula Virgini sacram cæpit celebrare, salva tamen authoritate Sedis Romanæ.

Sunt, qui Ritus *Simplicis, Semiduplicis, Duplicis, Duplicis majoris &c.* in dicendis horis Canonicis & Missæ Sacrificijs ad finem hujus seculi meliùs esse dispositos commemorant.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontifices Religiosorũ Ordinum, ac Cœtuum &c. Confirmatores.	Pontifices Literarum & Literatorum magni Æstimatores.	Pontifices Pseudo-Pontificum & Schismaticorum Victores.	Pontifices Hæreticorum intra & extra Concilia Oecum. Condemnatores.
Calistus II. Cœtus Religiosos authore D. Norberto congregatos, & à Monasterij loco *Præmonstratensium* nomine appellatos, authoritate Pontificia stabilivit. Gelasius & Calistus II. milites ab Hierosolymitano templo *Templarios* cognominatos, Honorius verò II. Equites S. Joannis Hierosolymitani, nunc *Melitenses*, inter Ordines Religiosos constituit. His accesserunt Equites Calatraphæ, S. Jacobi & Alcantaræ omnes in Hispania: in Germania autem maximè Teutonici Mariani, quos Pontifices multis privilegiis donârunt. Cælestinus II. D. Bernardi Regulam probavit, & Ecclesiæ universæ commendavit. Ordo Trinitariorum & Sacerdotum Hospitaliorum, ut appellant, hoc seculo fuit instauratus.	Cælestinus II. D. Bernardo literarum æstimatione pene par, eundem D. Doctorem negotiis publicis iisque arduis in Curia Romana & Aulis Imperatorum ac Regum adhibuit Ecclesiæ & Imperij lucro permagno. Joannem etiam à Catricula Doctoris Clarevallensis doctissimũ discipulum, doctrinæ causâ in Cardinalium Cœtum adlegit. Lucius II. & Eugenius III. jura Ecclesiæ & Imperij cum Lothario II. Imp. ritè composituri, SS. Canones & Civiles Leges peridoneos viros examinari curârunt. Hadrianus IV. ex pauperibus in Anglia parentibus natus, sed scientiis excultus à Canonicis Gallis Antistes eligitur, ab Eugenio III. publicis muneribus præficitur & denique in Pontificis Sedem promovetur.	Paschalis II. Guibertum, *Clementem III.* dictum denique devicit 22. annorum Antipapam. Tres schismatici alij Albertus natione Neapolitanus, Theodoricus & Maginulphus Romani, luce publica privati finem imposuerunt schismati. Gelasius II. Mauritium Barduinum ab Henrico V. Imp. intrusum Pseudo-Pontificem impugnavit. Honorius II. Theobaldum Card. à Clericorum parte oppositum sibi æmulum virtute superavit. Innocentius II. adversarios pertulit Petrum Leonis *Anacleti*, & Gregorium Card. *Victoris IV.* nomine appellatos. Alexander III. Octavianum *Victorem V.* Guidonẽ Cremonensem *Paschalem IV.* & Joannem Hungarum *Calixtum III.* vocatos, successu temporis expugnavit.	Lucius II. Abailardum in Concilio Rhemensi, ipsi S. Bernardo resistere non veritum rejecit ob defensos Pelagij & Nestorij, ac suos etiam errores. Abailardus denique resipuit. Eugenius III. Arnaldum & socios Viris Principibus omnia tribuentes, Ecclesiæ verò negantes anathemate castigavit. Sententia parlata est contra Marsilium Paduanum Pontificis authoritati detrahentem; Item contra Basilium Medicum veteres hæreses probantem; Adhæc contra Gilbertum Porretanum Pictavij quondam Episcopum blasphemum. Nec non contra Hæreticos Albigenses & Waldenses, antiquissimis hæresibus suas novas miscentes & latissimè jam spargentes. Honorius II. Tanchelium Antwerpiæ hæreticum, per D. Norbertum Magdeburgi Archi-Episcopum confutavit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontificum Nomen, Patria, plurium Stemma, Anni Sedis.	Pontifices Virtutibus & quibusdam Miraculis clariores.	Pontifices ab Augmento Ecclesiæ dato notiores.	Pontifices Rituũ Ecclesiæ, dierum Festorum & Canonizationis Promotores.

SECULUM XIII.

175. Innocentius III. Anagnin. Comes. 18.
176. Honorius III. Rom. è Sabellorum stem. nat. 10.
177. Gregorius IX. Anagninus Comes. 14.
178. Cælestinus IV. Nob. Mediolan. dieb. 18.
179. Innocentius IV. Lovaniæ Comes Genuens. 11.
180. Alexander IV. Anag. Com. 6.
181. Urban. IV. Sutoris filius Campan. Gall. 3.
182. Clem. IV. Narb. Nob. 3.
183. Greg. X. Placent. Com. 4.
184. Innoc. V. Burgund. m. 5.
185. Hadrianus V. Lov. Com. Genuens. m. 1.
186. Joannes XIX. dict. XXI. Lusitan. quondam Med. m. 8.
187. Nicol. III. Rom. ex Ursin. fam. 2.
188. Martin. II. Camp. Gall. 4.
189. Honor. IV. Rom. Nob. 2.
190. Nicol. IV. Asculan. 4.
191. Cælestin. V. Neap. m. 5.
192. Bonif. VIII. Cajetan. 8.

Innocent. III. nulla non virtute præstantissimus, Principibus sibi adversis constantia maximâ obstitit, latâ in plures anathematis sententiâ.

De Gregorio X. ita scripsêre: *quem virum esset productúrus, in primævo suæ juventutis flore jam monstravit, quia ex tunc ita virtutis insigne in eo retinuit, ut morum normâ speculum existeret quàm plurimis honestatis &c.*

Martinus II. bonorum Ecclesiasticorum Administrator integerrimus, *consanguineos se sè mundo reliquisse* constanter non magis verbô, quàm opere affirmavit.

Nicolaus IV. supremum dignitatis gradum bis jam deprecatus, vice tertia repulsam dare non ausus, apertissimè tamen testatus est, *malle se infimo vel in culina manuum labore occupari, quàm tantis curis fatigari.*

Cælestinus V. auditâ Cardinalium, Pontificis renuntiationem *valere* asserentium sententiâ, mox munere suo se abdicavit, relinquens abdicationis factæ formulam toti posteritati testimonium. Tam principium, quàm finem Pontificatûs probavit cœlum; claudum enim in pedes crexit geminum.

Innocent. III. in Hispania Saracenos suasit expugnari eo eventu, ut eorundem 400000. brevi tempore fuerint deleta. In Christiana Regna benignissimus, Carolo Bulgarorum Duci Coronam Regiã misit; Armenorum Regulo insignia Regis donavit; Bohemis Regem præfici curavit; Aragonum Regi ipse Coronam imposuit; Hungarorum Regem per Strigonienſem Epis. coronavit. *Concilium Lat. IV. omnium Concil. maximum* celebravit.

Honor. III. sub Frid. II. Imp. bellum sacrum ardenter promovit; unde S. Crucis lignum ab Ægypti Sultano Ecclesiæ fuit restitutum.

Innocentius IV. *Concil. Lugdunense I.* celebravit, in cujus initio Cardinalibus rubri pilei usum concessit his dictis: *sæviente Friderico II. essent memores amittendi sanguinis pro Ecclesiæ bono.* Idem post Concil. Lugdunense cum D. Ludovico Francor. Rege diebus 7. continuis egit de bello sacro promovendo.

Gregorius X. Concil. Lugdunense II. celebravit, cui interfuerunt Latini Græcíque Patres ultra mille. Cum Rudolpho Habspurgico maximi momenti res composuit Lausannæ.

Primis hujus seculi Pontificibus adscribitur signũ campanâ dandum, dum Sacerdos elevat consecratam Hostiam &c.

Innocentius *III.* Ecclesiæ commendavit Rosarij recitandi morem à D. Dominico introductum.

Urbanus IV. ad bellum sacrum promovendum festum Dominici Corporis toti Christiano orbi cupiit esse solemnissimum, eum in finem D. Thomas Aquin. composuit Rhytmos Ecclesiæ hodiernæ suavissimos.

Gregor. IX. veneratione publicæ proposuit DD. Dominicum, Franciscum Seraphic. Antonium Patav. Virgilium Salisburgenſem Archiep. Elisabetham Lusitaniæ Reginam. D. Claram verò Alexander IV. & D. Ludovicum IX. Bonifacius VIII. qui Jubilæum etiam celebravit, & singulis annorum centuriis celebrandi Ecclesiæ author fuit.

Pontifices Religiosorũ Ordinum, ac Cœtuum &c. Confirmatores.	Pontifices Literarum & Literatorum magni Æstimatores.	Pontifices Pseudo-Pontificum & Schismaticorum Victores.	Pontifices Hæreticorum intra & extra Concilia Oecum. Condemnatores.
Innocentii III. authoritate 4. RR. Ordines celeberrimi Rom. Ecclesiam per orbem universum conservare & promovere cæperunt; primus eorum est à D. Dominico, alter à D. Francisco, tertius à D. Eusebio Strigoniensi, nomine D. Pauli Eremitæ fundatus. Quartus denique à S. Trinitate nomen habet, authore Joanne de Matha. Honorius III. monente Deipara D. Alberti Hierosolom. institutum, ùt vocant, in favorem Carmelitarum comprobavit. Honorius verò IV. novum vestimenti genus eisdem concessit. Gregorius IX. D. Petri Nolasci Ordinem pro redimendis è Saracenorum potestate Hispanis firmavit. His accesserunt regulæ *Scholarium* S. Claræ, *Servitarum & Equitum Gloriosæ V. MARIÆ* dictorum. Hoc seculo eligendis Relig. Cætibus interposuerunt magis suam authoritatem Pontifices ad cavenda mala.	Innocent. III. Romæ, Parisijs & Bononiæ literarum studiis exornatus, *Principum Christianorum Moderator* est appellatus; scripsit libros varios duobus tomis comprehensos. Gregorius IX. S. Scripturæ & tam Pontificii quàm Cæsarei Juris raram notitiam sibi comparavit; in lucem edidit Decretalium libros, & Decretum Gratiani emendatiùs reddidit, operâ usus D. Raymundi de Pennafort. Innocent. IV. scripsit Apparatum super lib. Decretal. Item authenticas, & de Pontificis simúlque Imperatoris Juribus contra Petrum de Vineis; unde *Canonistarum splendor & Juris parens* dici est meritus. Innocentius V. Commentarium scripsit in Pentateuchum, Psalmos, Evangelium Lucæ &c. Joan. XIX. tantus literarũ amator fuit, ut Literatorum osores palam dixerint *Joannem malle de literis, quàm de Pontificis munere loqui &c.*	Fridericus II. Imp. per annos 30. à Pontifice Rom. alteniſſimus Cardinales complures in dura captivitate detinuit, ipsis Pontificibus necem machinatus: hanc ob causam ter vinculis Ecclesiæ illigatus est, nimirum ab Honorio III. Gregorio IX. & Concilio Lugdunensi. Hoc seculo etsi Pseudo-Pontifices non fuerint, Itali tamen & Galli Cardinales in eligendis Pontificibus dissidebant gravissimè, crebrò relinquentes Sedem Pontificiam longo tempore vacuam: unde à Gregorio IX. & Cælestino V. editis decretis eligendorum deinceps Pontificum tempus ad decem dierum angustias est contractum.	Innocentius III. Albigenses hæreticos Gallorum armis subegit. Alexander IV. doctrinam Guilielmi Santamoris & flagellantium hæreticorum rejecit: extirpari etiam jussit doctrinam Almarici Parisiensis Doctoris, qui, si Adam non peccâsset, *nullam sexûs distinctionem futuram fuisse unà cum aliis erroribus* docuit. Damnati sunt à Bonifacio VIII. Fraticelli Duce Hermano Italo bellum Ecclesiæ moventes: spargebant autem 1. *proprii nihil habendum esse.* 2. *Rempublicam non posse à Christianis administrari.* 3. *Visionem DEI defunctorum animabus non concedi usque ad ultimum judicij diem.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontificum Nomen, Patria, plurium Stemma, Anni Sedis.	Pontifices Virtutibus & quibusdam Miraculis clariores.	Pontifices ab Augmento Ecclesiæ dato notiores.	Pontifices Rituũ Ecclesiæ, dierum Festorum & Canonizationis Promotores.

SECULUM XIV.

193. Benedict. X. Venet. Pastoris filius. m. 8.
194. Clemens V. Aquit. Nob. 8.
195. Joannes XX. dict. XXII. Gall. Sutoris fil. 18.
196. Benedict. XI. Tolosanus Molitor. fil. 7.
197. Clemens. VI. Gallus. 10.
198. Innocent. VI. Gallus. 9.
199. Urbanus V. Nob. Gall. 8.
200. Gregorius XI. Comes Belfort. Gallus. 7.
201. Urbanus VI. Neapol. 11.
202. Bonifacius IX. Neapolit. è Tomacellor. sang. 14.

Benedictus X. natalium suorum probè memor, matrem non, nisi vilissimo vestitam habitu in conspectum admisit. D. Antonino teste quindecim insignia miracula à Benedicto X. patrata leguntur.

Benedictus XI. proprij contemptûs amantissimus, urgentibus Cardinalibus ut sui in Pontificem electioni annueret, respondit: *num asinum in Ecclesiæ Caput eligerent?* Pontifex dein etsi in omnes foret liberalissimus, consanguineis tamen nihil concessit dicere solitus: *Romanum Pontificem non habere consanguineos.*

Innocentius VI. his verbis Episcopos ad virtutes animare solebat: *suam & Ecclesiasticorum omnium vitam cæteris exemplo esse debere ad imitationem Salvatoris nostri, cujus tota vita ad institutionem humani generis respexisset.*

Urbanus V. à Viterbiensi Patriarcha & Platina summis effertur laudibus, quibus *virtutum genere prioribus Pontificibus par, animi magnitudine major* fuisse scribitur.

Gregorius XI. reluctante Gallia tota Sedem Pontificiã Avenione Romam transtulit, cœlo clarissimis signîs annuente.

Bonifac. IX. à Card. Viterbiensi hunc in modum laudatur: *agebat Bonif. ætatis annum 30. quem homines in ætatis flore tantâ sapientiâ, virtute, moderatione &c. præditum non ut hominem, sed ut Numinis effigiem prædicabant, colebantque.*

Benedictus X. Bonifacij rigorem moderatus, Albertum I. Imp. novis privilegiis honoravit: Philippum Galliæ, Frideric. Siciliæ & Ericum Daniæ Reges cum duobus Card. de Columna Ecclesiæ communioni restituit.

Clemens V. etsi natione Gallus, acceptô de Alberti I. nece nuntiô, literas ad Imp. Electores continuò dedit, quibus monuit, ut absque mora Imperio Imperatorem præficerent, ne Philipp. Franc. Regem experirentur æmulum.

Urbanus V. Avenione Romam translatus cum Carolo IV. & Joan. Palæologo, hoc Orientis, illo Occidentis *Imp.* res summi momenti transegit. In unam proinde convenêre denuo Romana & Græca Ecclesia; adoratus fuit ab utraque simul *Divinissimus Spiritus à Patre & Filio procedens.*

Gregor. XI. Cardinal. Collegium 23. auxit Capitibus, Æstimator meritorum æquissimus. Virorum Ecclesiasticorum mores emendaturus, Patriarchis, Archi-Episcopis & Episcopis mandata dedit, ut Concilia provincialia congregarent.

Urbanus VI. Viros Ecclesiasticos 50. sacra purpurâ ornavit.

Bonif. IX. contra Bajazethem Turcar. Imp. exercitum misit Pontifex, Ecclesiæ & Imperij studiosissimus Promotor.

Joan. XX. DD. Ecclesiæ Confessoribus associavit Thomam Aq. & Thomam alterum Hesfordiensem in Anglia Episcopum.

Clemens VI. argumentis permotus gravibus, Galliæ Regi sub utraque specie sacram synaxin sumendi copiã fecisse scribitur. Jubilæum Romæ, annô quinquagesimo deinceps elapso, celebrandum instituit; Jvonem Jurisperitorum decus & Elzearium in Provincia Gall. Comitem Beatorum numero adscripsit.

Urbanus V. festum SS. Trinitatis post schisma inter Latinos & Græcos sublatum, toti Ecclesiæ ritu solenniori celebrandum commendavit.

Urbanus VI. festum Mariæ V. cui à Visitatione nomen est, Ecclesiæ promulgavit; Jubilæi verò celebrationem ad annum 33. restrinxit, annorum illorum memor, quos in humana carne DEus homo in terris sanctiores effecit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontifices Religiosorũ Ordinum, ac Cœtuum &c. Confirmatores.	Pontifices Literarum & Literatorum magni Æstimatores.	Pontifices Pseudo-Pontificum & Schismaticorum Victores.	Pontifices Hæreticorum intra & extra Concilia Oecum. Condemnatores.
Benedictus X. Clericos cum Monachis de Sacramentorum administratione certantes ita composuit, ut Episcopis & Parochis de suo splendore ac jure nihil adimeret. Joannes XX. Ord. Equitum Christi in Lusitania; S. Pauli Eremitæ in Hungaria & Grandimontensium in Gallia ratum habuit. Urbanus V. Ord. RR. virtutẽ promoturus, sumptuosa convivia, præsertim Novitiis vota Religiosa emittentibus onerosa, vetuit. Urbanus VI. Ord. Equitum Periscelidis in Anglia & S Hieronymi à B. Petro Gembacurta Pisano erectum inter Ordines RR. numeravit. De horum priori alij aliter sentiunt. Hoc seculo Joan. Armenorum Rex D. Francisci, Humbertus verò II. Delphinus, translatis in Regem Galliæ bonis suis & juribus, D. Dominici habitum induit.	Benedictus X. variorum librorum sacrorum author per doctrinæ gradus ad supremum Ecclesiæ Solium ascendit. Clemens V. Constitutiones *Clementinas* dictas, conscripsit, quas Joannes Clementis V. successor juris publici fecit. Joan. XX. dictus XXII. author libri de contemptu mundi, sermones de B. Virgine, de Visione beatifica &c. Pontificis doctissimi testimonia reliquit &c. Benedictus XI. libros XX. de diversissimis rebus elucubravit, Cisterciensis Ordinis, quin totius Ecclesiæ clarissimum ipse sydus, quod Italiam erecta Veronæ Academiâ illustravit, privilegiis verò Heidelbergensem honoravit. Clemens VI. teste Petrarcha sui temporis Philosophus literatissimus & Theologus præstantissimus, facilè superavit omnes memoriæ capacitate. Urbanus V. Bononiense Gymnasium restitutũ privilegiis promovit, ipse à Petrarcha ob eruditionem plurimùm ornatus.	Joan. XX. Petrum Corvaram *Nicolaum V.* dictum, schisma condemnantem & ultro se denique subijcientem in gratiam recepit. Clemens VI. Colæ facinoroſi, atque ex infima plebe hominis Romani Pontificis & Cæsaris authoritatem contemnentis machinationibus multùm est afflictus. Robertus Gebennensis à collectis Avenione Cardinalibus Pseudo-Pontifex, *Clemens VII.* appellatus, Urbano *VI.* vehementer obluctatus est, ita disponente maxima Gallorum parte. Bonifac. IX. Cardinales schismatici, sublato Roberto Gebennensi Petrum de Luna Aragonensem, *Benedictum XIII.* vocatum, oppoſuerunt adversarium; quod fuit schisma Ecclesiæ maximè diuturnum.	Joan. XX. Gerardum Cottum & alios hæreticos, *beatis animabus visionem DEI ante carnis resurrectionem* negantes, condemnavit. Urbanus V. Beguardorum & Beguinorum, *Divinam gratiam, beatitudinem & Episcoporum Statum* impugnantium hæreses in Concilio Lugdunensi jam condemnatas, penitus eradicate laboravit. Clemens V. Dulciniſtas & Templarios de enormibus sceleribus ad se delatos sustulit. Joannes XX. & Successores detestati sunt 1. Lolardum de *B.V. & SS. Angelis* hæresin spargentem. 2. Poliacum Parisiens. Doct. *Confessionis auricularis & Pontificiæ authoritatis* hostem. 3. Javonitium de *Anti-Christi adventu &c.* errores docentem &c. Ad finem hujus seculi Wieleffus natione Anglus ultra 40. spargens errores, à multis dein Pontificibus damnatos, proscriptus est.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontificum Nomen, Patria, plurium Stemma, Anni Sedis.	Pontifices Virtutibus & quibusdam Miraculis clariores.	Pontifices ab Augmento Ecclesiæ dato notiores.	Pontifices Ritus Ecclesiæ, dierum Festorum & Canonizationis Promotores.

SECULUM XV.

203. Innocentius *VII.* Sulmonens. 2.

204. Gregorius *XII.* Venet. 2.

205. Alexan. V. Gretens. m. 10.

206. Joannes *XXI.* dict. *XXIII.* Neapol. Nob. 5.

207. Martinus *III.* dict. V. Rom. Nob. 13.

208. Eugen. *IV.* Venet. 15.

209. Nicolaus V. Lucensis. 8.

210. Calistus *III.* Valent. Nob. Hispan. 3.

211. Pius *II.* Senens. Nob. 5.

212. Paulus *II.* Venetus ex Barborum stirpe. 6.

213. Sixtus *IV.* Ligur. 13.

214. Innocentius *VIII.* Genuens. è vetusto Cyborum sanguine. 7.

215. Alexander *VI.* Hispan. Nob. 11.

Gregorius XII. in Concil. Constantiensi universorum Patrum votis respondit, paratissimus electo Pontifici obedire, nunquam deinceps Pontifex imperare. Gregorium hunc D. Antonin. D. Stephano M. comparavit ob summam in adversis constantiam.

Alexander V. creatus Pont. in pauperes munificentissimus dixit non rarò, *se divitem Episcopum fuisse, inopem Cardinalem, Pontificem verò mendicũ factum.*

Eugenius IV. viginti aureorum millia in pauperum turmas distribuit, inchoaturus in Collegio Canonicorum R R. tyrocinium; Pontifex dein creatus virtutibus suis orbem illustravit.

Nicolaus V. Pont. ab Aenea Sylvio, dein Pont. Pio *II.* prorsus exquisitis ornatus est laudibus, quas Lector in libro edito deprehendet facilè.

Pius *II.* omni virtutum genere excultus, in agone Card. Papiensi hæc dixit verba: *Scito me, ex quo semel sanctissimæ DEI Matri me seriò devovi, ab epidemia semel, à lethalibus languoribus sæpè, ex manifestis periculis sæpissimè ereptum fuisse.*

Alexander V. datis ad Imperatorem, Reges & Viros Principes epistolis, sacram militiam contra Turcarum exercitus accendere summô studiô conatus est.

Martinus III. dict. V. Constantiæ in Concilio electus Pontifex summô omnium gaudiô, res Ecclesiæ expedivit adeò, ut Imperator Electoribus Pontificijs universis ac singulis grates dixerit singulares, quòd *Virum Reipublicæ tam utilem ac necessarium elegerint.*

Eugen. IV. Concil. Basileense à Martino V. inchoatum, ad emendandos plurimorum mores continuavit: corrupto autem eodem Concil. Ferrariæ primò & demum Florent. indixit *Synodum inter Oecum. XVII.*

Calistus III. electus Pont. audita Constantinopolis expugnatione, editô votô Numini divino promisit, se per residuam vitæ suæ partem haud ulli vel labori vel sumptui parciturum, ut Turcarum potentiæ supremis totius Europæ viribus occurreretur.

Pius II. publicè Basileæ Concil. contradicens, Ecclesiæ universæ & Imperio Rom. profuit &c.

Innocentius VII. præcepit, ut si festum DD. Joannis & Laurentij die Dominica celebraretur, Symbolum Fidei non omitteretur ad illud usque tempus non ita observatum.

Paulus II. Cardinalium capita tegumentô damasceno aut serico exornati permisit: Tiaram Pontificiam coronâ triplici lucidiorem & unionibûs pretiosiorem reddidit.

Sixtus V. præcepit, ut festũ Deiparæ absque macula Conceptæ *ritu solenni* celebraretur 8. Decemb.

Calistus III. Divorum cœtui adscripsit Vincentium Ferrer. Edmundum Angliæ, Ladislaum Hung. Reges, & Rosam Viterbiens. V.

Pius II. verò Catharinam Senen. & Innoc. VIII. Leopoldum Austriæ Marchionem; postquam Sixtus IV. similem honorem exhibuit DD. Bonaventuræ & Joanni Bono.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontifices Religiosorū Ordinum, ac Cœtuum &c. Confirmatores.	Pontifices Literarum & Literatorum magni Æstimatores.	Pontifices Pseudo-Pontificum & Schismaticorum Victores.	Pontifices Hæreticorum intra & extra Concilia Oecum. Condemnatores.
Sixtus IV. Ordinem D. Franciſci de Paula, & alterum D. Auguſtini Diſcalceatorum, ùt vocant, cæteris Ordinibus Religioſis annumeravit. Confirmati ſunt à Sede Romana hoc ſeculo Ordines RR. varij; in Gallia nimirum Ordo Equitum Lilii. Ordo Equitum Annuntiatæ Virginis in Sabaudia. Ordo Equitum Aurei Velleris maximè in Auſtria & Burgundia. Ordo Equit. S. Michaelis denuo in Gallia. Ordo Equit. S. Ambroſij in Sabaudia; & demum Ordo Equitum S. Georgij in Hungaria & Carinthia.	Alexander V. ſcientiarum Magiſter creatus, Oxonienſe, Pariſienſe & alia Athenæa eruditione ſua illuſtravit, author complurium operum, Tractatum de Immaculata Conceptione edidit. Martinus V. Lipſienſe, Merſeburgenſe & Elienſe Gymnaſiū permultis gratiis decoravit, duodecim facilè partim Academiarum partim Gymnaſiorum author vel inſtaurator. Eug. IV. teſtibus ſuis libris clariſſimus, gemino libro Concilium Baſileenſ. & Huſſitas impugnavit. Pius *II.* de Nicolao V. hæc habet: *artibus ſeptem ſic à pueritia imbutus eſt, ut omnia præſentia ſint; Philoſophos omnes novit: Hiſtoricos, Poetas, Coſmographos, Oratores, Theologos item. Juris Civilis notitiam & Pontificii habet, nec Medicinam ignorat &c.* Sixtus IV. & Alexander VI. doctrinæ fructibus comparârunt ſibi S. Sedis honores; magis his Pius *II.*	Cùm ad initium ſeculi XV. Gregorius XII. Joan. XXI. & Benedictus XIII. de ſuprema Cathedra diſputârent, orta eſt controverſia ſchiſmati excitando peridonea, an Concilium non ſit ſupra Pontificem. Unde Martinus V. Gregorio XII. & Joanne XXI. ſponte ſua tandem omni jure cedentibus, Petrum de Luna *Benedictum XIII.* appellatum usque ad ultimum vitæ halitum expertus eſt adverſarium; quem ſecutus eſt Ægidius Barcinonenſis Canonicus *Clemens VII.* ab Hiſpanis vocatus. Conciliabulum Baſileenſe Eugenio *IV.* oppoſuit Pſeudo-Pontificem Amadæum Sabaudiæ Ducem *Felicem V.* nuncupatum, qui demum Nicolao V. Eugenij IV. Succeſſori ejurato ſchiſmate ſacramentum dixit.	Martinus V. Joannem Huſs ſuis erroribus contra varios Fidei articulos & authoritatem Rom. Pontificis latè ſparſis pertinaciter inhærentem, condemnavit; quem proin Imperator infami rogo concremandum carnifici tradidit. Eugenius IV. in Concilio Baſileenſi & dein Florentino Bohemorum hæreſin condemnavit, multos Wicleffi & Huſſij errores propugnantem. Pius II. & Succeſſores Pontifices Huſſitas *in Pragenſes, Thaboritas & Orphanos* ſeſe diſtinguentes, anathemate confixerunt.

Pontificum Nomen, Patria, plurium Stemma, Anni Sedis.	Pontifices Virtutibus & quibusdam Miraculis claricres.	Pontifices ab Augmento Ecclesiæ dato notiores.	Pontifices Rituũ Ecclesiæ, dierum Festorum & Canonizationis Promotores.

SECULUM XVI.

216. Pius *III.* Senensis è genere Piccolominea. d. 26.

217. Julius *II.* Genuens. Nob. 9.

218. Leo X. Florent. Med. 8.

219. Hadrian. *VI.* Germ. textoris fil. 10.

220. Clem. *VII.* Flor. Med. 10.

221. Paulus *III.* Rom. gener. Farnes. 15.

222. Julius *III.* Nob. Rom. 5.

223. Marcellus *II.* Thusc. d. 22.

224. Paulus *IV.* Neapolitan. Illustris. 4.

225. Pius *IV.* Mediol. Med. 5.

226. D. Pius *V.* Mediolan. è Gisleriorum stirpe. 6.

227. Gregorius *XIII.* Bonon. Nob. 12.

228. Sixtus V. Picenus. ex paup. parent. 5.

229. Urbanus *VII.* Patritius Genuens. d. 12.

230. Gregorius *XIV.* Sfondrat. Mediolan. Nobilis. m. 10.

231. Innocentius *IX.* Bonon. Illust. m. 2.

232. Clemens *VIII.* Flor. Nob. 13.

Tam Leo X. quàm Hadr. VI. tantarum virtutũ fuerunt Pontifices, ut, quod inimici reprehenderent, non invenerint.

Paulus III. post virtutem constantissimã per an. 40. in Purpuratorum Senatu probatam, omnium Elector. Pontificiorum consensu intra & extra Conclave est electus Pont. Marc. item II. Paul. IV. & S. Pius.

Marcellus II. & Pius IV. cælestis columbæ præsentiâ juvantur in negotijs.

Paulus IV. Patribus sanctissimis à suis arbitris semper est comparatus, *Viri S. nomine* appellatus in Italia, Anglia, & Hispania, ubi Legatus Pont. agebat. Nepotum suorum fraudes edoctus, severissimam in eos tulit sententiam.

D. Pius in muneribus omnibus *boni Pastoris nomen* implevit, in Pont. divinitus electus denique victoriam prope Echinadas Insulas de Mahumetanis reportatam, vates prædixit &c.

Gregorium XIII. exquisitissimis virtutibus conspicuum Pontificem, gratulatus est sibi orbis Christianus universus.

Gregor. XIV. in egenos mansuetissimus, sub peregrino habitu ædes sacras & pauperum domos solebat lustrare.

Clem. VIII. dum electus est Pontifex, mox per 9. continuos dies templa omnia Romæ visitavit &c.

Julius II. Concil. *Lateranense V. Oecum.* contra Pisanum conciliabulum inchoavit.

Leo X. dissidentes Christianorum Principum animos, amicitiæ vinculô conjunxit dans successum secundissimum Concilio Lateran. Bellum contra Mahometanos promovit. Cardinales 31. Clemens VII. 32. Paulus III. universim 71. creârunt.

Clem. VII. ad cavenda mala maxima, & bona promovenda optima, creatus Pont. singulari ardore universæ Ecclesiæ promulgavit Jubilæum, ab operibus pœnitentiæ inter turbas publicas sperans fructus uberrimos.

In *Concilio Trid. inter Oecum. XVIII.* per Legatos suos egit multa Julius III. cum Archi-Episcopis & Imperij Electoribus, Moguntino, Trevir. & Colon. ut Germaniæ laboranti succurreret.

D. Pius V. cùm Eliam Heb. ad sacra Rom. à se conversum in Gisler. familiam adoptâsset, eo præclaro facto trecentos Hebræos lucratus est. Ob Galliam ab omni hæresi immunem conversandam, & Turcas procul Europæ finibus propulsandos, præter ingentem navatam operam, auri argentique summam maximã expendit.

Sixtus V. pro diverſ. cauſ. 15. diverſ. Congreg. instituit, ita tamen, ut majoris momenti causas ad supr. referrent Jud.

Pontifices hujus seculi triduanas seu 40. horarum preces publicas diebus saturnalitijs haberi cæptas laudârunt.

Pius IV. Varias Sodalitates ad cultum Deiparæ augendas, à Societate JEsu erectas unà cum successoribus Pont. indulgentiis multis promovit.

D. Pius post relatã victoriã adversùs Mahumetanos, in honorem M. Virginis festum instituit *MARIÆ de Victoria* appellatum. D. Thomam Aquinatem inter Doctores Ecclesiæ numeravit.

Sixtus V. instituit festum Præsentationis B. V. cui accesserunt sacri honores, decreti DD. Francisco de Paula, Januario Episcopo & sociis MM. Nicolao Tolentin. Petro M. Placido, Eutychio, Victorino & hujus sorori Flaviæ, Bonaventuram Ecclesiæ Doctoribus annumeravit.

Clem. VIII. Divorum fastis inscripsit Hyacinthũ Polonum, Raymundum Barcinon. Stanislao Koska & Agneti è monte Polit. Beatorum honores decrevit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontifices Religiosorũ Ordinum, ac Cœtuum &c. Confirmatores.	Pontifices Literarum & Literatorum magni Æstimatores.	Pontifices Pseudo-Pontificum & Schismaticorum Victores.	Pontifices Hæreticorum intra & extra Concilia Oecum. Condemnatores.
Leo X. & Hadrian. VI. Francisco de Paula & Antonino Sanctorum honores tribuentes, D. Dominici & ejusdem D. Francisci Ordines honorare studuerunt. Clementi VII. laudes ante alios dicunt maximas quatuor Religiosorum Ordines, ab eo probati: eorundem primum *Capucinorum*, alterum *Theatinorum*, tertium *Somascorum*, & ultimum *Barnabitarum* nuncupavit. Paulus III. Societatem JEsu *digitô DEI monstrante inventam*, ùt ipse affirmabat, confirmavit. Paulus IV. nondum Pont. oblatis sibi arduis honoribus, vitam Religiosam præhabens, novam Canonicorum Reg. Congregationem instituit, quam creatus Pont. multîs modîs comprobavit. Pius IV. D. Theresiæ Regulas, tum virorum tum fœminarum cœtibus peridoneas, stabilivit. Pius IV. Congregationem Oratorij S. Philipp. Nerij & Equites S. Steph. Sixtus V. Clericos Reg. dictos *Minores*; Gregor. XIV. *Ministrantes infirmis*; Clem. denique VIII. *Eremit. Excalceatos* RR. Ordinibus accensuit.	Leo X. Latino simúlque Græco idiomate apprimè instructus, & in juventute jam Viris doctissimis par habitus, tot epistolas, orationes & carmina scripsit, ut multis libris conficiendis sufficerent. Hadrian. VI. ob insignem doctrinam Carolo V. Præceptor datus est. Jul. III. Romæ Colleg. erexit, peropportunum Germ. juvent. Sem. Paulus IV. Græcâ, Hebræâ & Latinâ linguâ imbutus, Philosophiam, Jurisprudentiam & Theologiam præclarè didicisse legitur. D. Pius V. fecit potestatem Societati JEsu docendi Romæ literas tum mansuetiores tum severiores & ex his conferendi Gradus. Greg. XIII. etiamnum juvenis, Juris interpres in Bonon. Athenæo inter auditores sanguine, virtute & dignitate præstantissimos, veneratus est Cardinales Alexand. Farnesium, Madrutium, Otton. Truchsessium, Reginald. Polum, Carol. Borom. &c. Sixtus V. *Doctorum Doctor* dici promeritus, superiorem se neminem vix pares invenit in Italia.	Ludovicus XII. Francorum Rex contra Julium II. Pont. ob fœdus cum Maximiliano Cæsare initum Cluniacensem Abbatem eligi curat Pseudo-Pontificem. Adversùs Julium II. etiam conciliabulum Pisanum à Pontificis hostibus fuit propugnatum & schisma prolongatum. Clemens VII. Henrico VIII. divortium à Catharina conjuge legitima, pertinaci animo molienti, nuptias verò cum Anna Bolena anhelanti, & Pontificis authoritatem penitus spernenti minatur anathema; eundem denique Henricum, excusso omnis honestatis frœnô *se Caput Ecclesiæ Anglicanæ* dicentem anathemate configit. Sixtus V. Navarræ Regem Henricum Borbonium, & Condæum Principem, Hugonotarum & schismaticorum fautores sacrîs privat.	Leo X. Doctores *Reformationis* nomine superbos, cœpit anathematizare; idem fecit Hadrianus VI. missis in Germaniam & Hungariam Card. Legatis. Julius III. Lutheri, Calvini &c. libros, clam in Italiam perlatos, legi prohibuit, propositâ anathematis sententiâ. Similem sententiam tulit Paulus IV. qui confectam prohibitorum librorum summam S. Inquisitionis Tribunali commisit. D. Pius rogante D. Borgia Cardinalium Congregationes instituit geminas, *alteram de hæresi extirpanda, alteram de Fide propaganda cognominatam.* Gregorius XIII. Conventui Ratisbonæ obstitit, viginti tria seminaria erudiendæ juventuti peridonea per diversas Europæ partes erexit. Sixtus V. S. Scripturæ Codices juxta veriora & vetustiora Hebræorũ Græcorúmque exemplaria in lucem edidit; similem operam impendens 72. Interpretum libris.

Pontificum Nomen, Patria, plurium Stemma, Anni Sedis.	Pontifices Virtutibus & quibusdam Miraculis clariores.	Pontifices ab Augmento Ecclesiæ dato notiores.	Pontifices Rituũ Ecclesiæ, dierum Festorum & Canonizationis Promotores.

SECUL. XVII.

233. Leo XI. Flor. Med. d. 29.

234. Paulus V. Rom. ex Burgheſiorũ ſtemmate. 15.

235. Gregorius XV. Bononienſ. ex Ludoviſiorum ſtirpe. 2.

236. Urban. VIII. Florentin. ex Barberinor. ſang. 20.

237. Innocentius X. Rom. ex Pamphilior. proſap. 10.

238. Alexander VII. Senenſ. Nobiliſſ. 12.

239. Clemens IX. Florentin. Nobiliſſ. 2.

240. Clemens X. Rom. è pervetuſta Alteriorum fam. 6.

241. Innocent. XI. Comenſis ex Odeſcalchor. proſap. 12.

242. Alexander VIII. Ottobonus Venetus. 1.

243. Innocentius XII. Neapol. Pignatellor. genere clarus. 9.

Paulus V. Magnæ Virgini didicit adeò eſſe devotus, ut inter virtutes eximias virgineum candorem conſtanter conſervatum ſecum in tumulum, imò in cœlum aſportârit, nullius gravioris culpæ ſibi conſcius. In ſolos pauperes quindecies centena aureorũ millia expendit: octoginta numũm aureorum millia in annonæ ubertatem conſervandam ſolvit.

Urban. VIII. electus Pont. ante Deum Euchariſticum proſtratus, enixiſſimè petiit, ut ſi minùs Eccleſ. regendæ idoneus foret, ne vivus illo loco permitteretur egredi.

Innoc. X. in extrema rerum caritate egenos ſolaturus, datâ annonâ copioſiſſimâ, ſemel iterúmque urbis compita pertranſiit, ut venales panes exploratos haberet &c. Advenas etiam ſibi per plateas obvios paterno ſimul affectu & datis muneribus recreavit.

Clemens IX. monetam cudi, & ſuper eam pellicanum hac cũ inſcriptione formari juſſit: *aliis non ſibi Clemens.*

Clem. X. honorem Pontific. etiam lacrymîs in plures horas continuîs averſari perſeveravit, præbens humilitatis exemplum jam annis 70. conſtantiſſimum.

Innoc. XI. *Pater pauperum* dictus, virtutibus ita erat ornatus, ut ipſi Lutheri & Calvini aſſeclæ eum hodie laudibus proſequantur. Innocentii electionem ratam habuit columba cæleſtis, quæ repetito volatu Congregatorum Patrum cætui applaudere eſt viſa.

Leo XI. Henrico M. Francor R. acceptiſſimus, Charlottã, Condenſium fæminã Principẽ, ejuratâ Calvini doctrinâ R. Eccleſiæ reſtituit. Hoc Doctore etiamnũ Card. 50. juvenes Romæ ſimul errores ſuos deteſtati ſunt a. 1600.

Pauli V. zelus ad Perſas, Indos &c. ſeſe extendit, quorum Leg. paternè eſt complexus.

Greg. XV. adverſus hoſtes, auxiliares copias miſit; Henricũ Galliæ contra Hugonotas, Philippum Hiſpaniæ contra Batavos, Sigismundum Poloniæ Reges contra Turcas animavit, mittens gravem auri ſumam & belli ſocios. Idem præſtitit Innoc. X. Venetis, Melitenſibus, Scotis, Hybernis &c. Huic Pontifici, ad Rom. ſacra converſi Sacramentũ dixerunt Eduard. Comes Palat. Philippus Guiliel. Neoburgicus cum Princ. conjuge Amalia &c. Udal. Dux Wirtenb. Joan. Frideric. Dux Brunſuic. Dux Holſat. Frider. Haſſiæ Landgrav. &c.

Inter pauperes à Clem. IX. conſtanter lautè habitos venêre mutatis veſtibûs hæretici multi, ab eodem hæreſes dedocti.

Alexand. VIII. Venetis, populariibus ſuis, haud immeritò favens plurimùm, Turcarum copias eorundem auxiliô & compoſita inter Princ. Chriſtianos pace repreſſit. In favorem Venetorũ Laurentium Juſtin. publico Divorum cultu honoravit.

Innoc. XII. Italiam, Illyricum, Germaniam & Poloniam ipſo teſte Leopoldo M. Cæſare, virtutibus ſuis illuſtravit.

Paulus V. DD. catalogo inſeruit Car. Boromæum & Franciſcam Rom. Beatorũ verò Ignatium Lojol. Franciſ. Xav. Philippum Neriũ, Thereſiã, Ludovicum Bertrand. Thomã Villanov. Iſidorum, Joachimũ Senenſ. Stanislaum Koſtka, Aloyſium Gonz.

Urban. VIII. Andream Corſin. Catharinam Senenſ. Eliſabetham Luſit. Reg. in Sanctorum cœtum, in Beatorum verò adlegit Franciſcum Borgiam, Andream Avellin. Fr. Felicem, 3. Japoniæ MM. S. J. & alios plures ex Ord. S. Franciſci.

Alexand. VII. Divorũ albo inſcripſit nomina Thomæ Villan. & Franciſci Saleſ.

Clem. X. Cajetanũ, Franciſcum Borg. Philippũ Benit. Ludovicum Bertrand. Roſam &c. inter Sanctos, inter Beatos verò cenſuit Albertum M. Ferdinandum Caſtellæ Regem, & Ludovicum Albertonum.

Urb. VIII. Card. *Eminentiſſimos & Reverendiſſimos*, Innoc. X. verò omiſſo nomine altero, *Eminentiſſimos* duntaxat dici poſtulavit, etſi Regio aut Principum ſanguine Purpuram decorâſſent.

Alex. VII. Dei Genitrix nullius peccati labe unquam contaminatam fuiſſe Eccl. tenendũ præſcripſit, inter dogmata tamen necdum numeravit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontifices Religiosorũ Ordinum, ac Cœtuum &c. Confirmatores.	Pontifices Literarum & Literatorum magni Æstimatores.	Pontifices Pseudo-Pontificum & Schismaticorum Victores.	Pontifices Hæreticorum intra & extra Concilia Oecum. Condemnatores.
Paulus V. Ordines RR. aut fundavit, aut instauravit: quales sunt VV. à B.V. Elisabetham visitante; à D. Ursul. & aliæ &c. in Ecclesia nomen habentes. His supervenit ab eodem confirmatus Equitum Ordo SS. Sanguinis JEsu Christi Mantuæ, Congregatio Oratorij JEsu in Gallia, & denique Ordo Militiæ à Duce Nivernensi erectus. Innocentius X. geminum RR. Virorum Ordinem Ecclesiæ vix utiles ampliùs exterminavit, alterum *Apostolorum*, alterum *B. Blasij* in Armenia. Alexander VII. Regulas à D. Franc. Salesio virginũ cœtibus præscriptas probavit. Innocent. XI. Ord. Equitum S. Andreæ in Scotia à Jacobo II. Reg. instauratum privilegiis communivit. Urbanus VIII. Ordinem *Scholarum piarum*, & Clericos Lucenses *Matri DEI* dictos, nec non Clericos *alios in commune viventes*, ùt vocant, admittendos censuit. Innocentius XII. Ordinem Equitum S. Ludovici, à Ludovico XIV. institutum, favore Pontificiô est prosecutus.	Paulus V. Clementi VIII. Historiæ Ecclesiast. Promotori, trium Seminariorum & Collegij Clem. Romæ author i succedens, ædificijs magnificentiss. adjecit Bibliothecã Vatican. & Archivium Apostolicum. Greg. XV. in German. Collegio mansuetioribus, in Romano severioribus literis, Bononiæ utriusque Juris laureâ insignitus verbis, factis, & editis libris specimina dedit Pontificis scientiis instructissimi. De Urbano VIII. sic habet Oldoinus: *floruit Poësi, & Philosophiæ laude: princeps fuit in Jure; sacras linguas apprime calluit: Theologiam pervasit; Græcos Latinosq; Patres evolvit ac comprehendit: Orationis facundiâ & Historica cognitione nemini cessit.* Innoc. X. an. ætatis 20. jam inter Doctores eminens, laureâ donatus scientias exornavit. Alexander VII. etiamnum juvenis, jam Poetam, Historicum, Oratorem, Philosophum, Jurisperitum ac Theologum, ad omnia summa natum, factô sui persæpe periculô publicô se monstravit. Clemens IX. Innocent. XI. Alexander VIII. aliique clarissimi verè multi Pontifices scientijs locum his in angustijs non habent sufficientem sibi.	Clemens IX. in Harduinum, Parisiensem Archiepiscopum aliósque Galliæ Antistites, formulæ ab Alexandro VII. editæ subscribere detrectantes, severè animadvertit &c. Innocentius XI. nonnullos Galliæ Episcopos Romani Pontificis authoritatem propositionibus suis criminari non veritos, Conciliorum verò potestatẽ nimiùm extollere conatos, suppressit, nemini, nisi optimè merito concedens honores Ecclesiasticos.	Innocent. X. paci Monasterienſi constanter contradixit, eoquòd faveret nimiùm Protestantibus. Librum de *duplici Ecclesiæ Capite*, in Francia editum, Cornelij Jansenij propositiones condemnavit, datis ea de re literis Apostolicis. Alexander VII. Jansenij Iprensis propositiones *de gratia & libero arbitrio* ab Innocentio X. jam damnatas damnatione altera proscripsit, præcludens aditum quibusvis interpretibus. Innocentius XI. Michaelem Molinos, Quietismi, hoc est 58. propositionum pravissimarum authorem, cum socio Antonio Maria condemnatum perpetuo carceri mancipavit. Innocentius XII. novas interpretationes supra Jansenij Iprens. propositiones & secutam Pontificum damnationem editas, & edendas, prohibuit, Episcopos Belgij seriò officij sui commonens, ne inter oves paterentur lupos pellibus ovinis vestitos.

Pontificum Nomen, Patria, plurium Stemma, Anni Sedis.	Pontifices Virtutibus & quibusdam Miraculis clariores.	Pontifices ab Augmento Ecclesiæ dato notiores.	Pontifices Rituũ Ecclesiæ, dierum Festorum & Canonizationis Promotores.
SECULUM XVIII.	Clem. XI. per an. 21. difficillimis profectò temporibus Sedem Pontificiam ita possedit, ut multorum eorúmque clarissimorum Pontificum virtutes, velut compendiò complexus fuerit, Pontifex liberalitate, mansuetudine, justitiâ, zelô, vigilantiâ, providentiâ &c. maximè insignis.	Clemens XI. per diversos annos Cardinales universim 50. aut fortè plures sibi constituit adjutores, totius Ecclesiæ Romanæ cardines firmaturus magis.	Clem. XI. Divorum numero accensuit Pium V. Pont. Andream Avellin. Felicem Cantalic. Catharinam Bonon. Stanislaum Kostka necdum tamen solenni ritu Ecclesiæ promulgatum. Beatorum honores publicos Joañi Francisco Regis decrevit.
244. Clem. XI. ex illustri prosapia Urbini natus. 21.			
245. Innocentius XIII. ex illustrissima Rom. Principum familia de Comitibus, de quo silet hæc tabula, mortuorum duntaxat Pontificũ memor.			

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pontifices Religiosorū Ordinum, ac Cœtuum &c. Confirmatores.	Pontifices Literarum & Literatorum magni Æstimatores.	Pontifices Pseudo-Pontificum & Schismaticorum Victores.	Pontifices Hæreticorum intra & extra Concilia Oecum. Condemnatores.
	Clemens XI. in Collegio Romano positis literarum fundamentis, tales superimposuit scientias, quales procul dubio noverit orbis ferè universus, multis Clementinæ doctrinæ illustratus exemplis.		Clemens XI. Beccarellos & Urbanum Fieschi cum suis assectis, *novis Pelagianis* ad sacrum Inquisitionis Tribunal pertrahi jussit. Centum & unam propositiones Jansenio faventes condemnavit, parem sententiam ferens in refragantes Bullæ *Unigenitus*.

Imperatorum Nomen, Stemma, Symbolum, anni Imperij.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Promotores.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Persecutores.	Imperatores victorijs, triumphis, & pacis concordia insignes.

SECULUM I.

Ex Julij Cæs. Stemmate.

1. Octavianus August. Symb. *Festina lentè.* An. 44.
2. Tiberius. Symb. *Melius est tondere pecus, quàm deglubere.* 19.
3. Caligula. Symb. *Oderint, dum metuant.* 4.
4. Claudius. Symb. *Generis nobilitas virtus.* 13.
5. Nero ex stemmate Cæsarum ultimus. Symb. *Artem quævis terra alit.* 13.
6. Galba Nob. Rom. Symb. *Miles legendus, non emendus.* m. 6.
7. Otto Nob. Hetruscus. Sym. *Unus pro multis.* m. 3.
8. Vitellius Nob. Rom. Sym. *Bonus odor hostis, melior civis occisi.* m. 7.
9. Vespasianus. Symb. *Imperatorem stantem mori decet.* 9.
10. Titus Vesp. fil. Symb. *Bonus Princeps orbis amor.* 2.
11. Domitianus Vesp. fil. Sym. *Fallax bonum Regnum.* 14.
12. Nerva. Symb. *Mens bona regnum possidet. Hactenus omnes Itali.* 1.

Augustus in honorem nati Servatoris aram erexit hac inscriptione ornatam: *Ara Primogenito Dei.*

Tiberius præcepit, ut pœnas luerent illi, qui ad supplicium deposcerent Christianos.

Claudius DD. Petro & Paulo Romæ Ecclesiam fundantibus haud obstitit.

Galba & Otto dum rebus Christianis obicem non posuerunt, Ecclesiam Rom. promoverunt.

Vespasianus & Titus licèt Mysteriorum divinorum fortè ignari, dum se tamen Dei vindicis Vicarios contra Hebræos probavêre, Christianis mirè profuerunt, eorundem legiones in pugnis & victorijs sibi socias jungentes.

Nerva sublatis ferreis Domitiani legibus, exilij pœnâ liberavit Christianos, quorum doctrinam & mores laudabat.

Nero *Persecutionis I.* auth. & Tyrannorum primus An. Christi 69. DD. Apostolorum Principes Petrum & Paulum sustulit. Divi quoque Marcus & Barnabas mandante Nerone cecidêrunt cum multis millibus, inter quæ DD. Processus & Martinianus Præfecti, atque 47. carcerum custodes eorum subditi sanguinem fuderunt.

Domitianus *Persecutionis II.* author inter Principes Martyres occidit D. Cletum Rom. Pont. securi percussum, D. Joannem Evangelistam & Domitillam Clementis Consulis neptem, hanc in insulam Pontiam, illum in Patmon exules ejectos.

His Tyrannis majoribus accesserunt Tyranni minores multi, e. g. Provinciarum Præsides, inter quos Saturninus Vir Romæ Consularis D. Linum Pont. gladiô percuti jussit.

Augustus annis 10. cum M. Antonio & hostibus alijs victor ferè perpetuus pugnavit, inde triumphavit per tres dies Romæ, triumphô ipsius D. Augustini oculis optatô.

Idem nascente Servatore templum Jani clausit, nunquam à bello Punico I. clausum. Pax universæ terræ concessa.

Vespasianus & Titus Anno 73. triumphum adornârunt post devictos Hebræos. Ducti sunt in triumpho Joannes & Simon præcipui seditionum duces cum 700. viris nobilissimis: palam ostendebantur pretiosissima templi vasa & ipsa Lex Moysis.

Idem Vespasianus templô Jani clausô an. 77. *Pacis æternæ* honoribus fanum dedicavit, persuadens sibi, de se intelligi ea omnia, quæ de *Pacis Principe* Christo scripta invenit: hanc ob causam, teste Eusebio, severissimè inquiri jussit in quosvis de stemmate Davidis natos, ut omnium horum internecione demonstraret, oraculum non esse, quòd quisquam ex stemmate David futurus sit Rex, *cujus regni non esset finis.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores cladibus & Imperij damnis noti.	Imperatores Nobilium Creatores & Promotores.	Imperatores Literarum & Literatorum Æstimatores.	Imperatores Urbium aut ædificiorum insignium Conditor. *Item alia varia.*
Augustus duce Quintilio Varo amisit tres legiones à Germanis cæsas, quæ clades adeò Cæsarem afflixit, ut caput ad parietem allidens, hæc verba ingeminaret: *Quintili Vare legiones redde!* Victis Tiberij copijs victores Parthi Armeniam, Daci Mæsiam, Sarmatæ Pannoniam, Germani Galliam depopulati sunt; contia Germanos eapropter sub Claudio Dux strenuissimus Corbulo inter Rhenum & Mosam duxit fossam profundam, 23. milliaribus longam. Otto prope Cremonam amissis suorum 40000. permit se ipsum, unde mox Vitellius capessivit Imperium.	Augustus adoptatus à Julio Cæsare adoptavit Cæsarem Tiberium. Idem *Vallares ac Murales coronas*, nec non *phaleras & aureos torques* distribuit crebrò, nobilitatis insignia. M. Agrippam post navalem victoriam *Cæruleô vexillô* donavit. Alios equestri dignitate decoravit. Aliquando 30. Ducibus justos triumphos decerni curavit. Censores etiam aliquo tempore omissos, creavit, augens simul Prætorum numerum. Liberis Senatorum, quò celeriùs Reipublicæ assuescerent, virilem togam induere, & Curiæ interesse permisit. Idem in Comitijs tribunitijs si defuerunt Candidati, Senatores ex Equitibus Romanis selegit. Claudius præteritô filiô Britannicô optimè meritô, Neronem privignum creavit Cæsarem & Imperij hæredem, ita volente Agrippina matre. Galba Pisonem excludens Ottonem dixit Cæsarem.	Augustus Appolloniæ literis excultus Athenodorum præceptorem suum peræstimavit. Mœcenati Equiti Romano literatorum amantissimo favens, Horatium & Virgilium lateri suo assidere permisit, æqualem ferè honorem Ovidio aliquamdiu indulgens. Idem Sybillæ Cumanæ æstimator, bis mille libros partim græcos, partim latinos à varijs auguribus editos concremavit, ut Sybillini Vaticinij major esset æstimatio. Vespasianus ut præclara juvenum ingenia ad artes liberales magis accenderet; Latinis & Græcis Oratoribus in annos singulos bis mille quingentos Philippæos dedit, haud minori liberalitate Poëtas solatus. Titus Latinæ & Græcæ linguæ peritissimus, Orator item, Poëta & Musicus, Historicus & Philosophus, crebrò cum doctissimis Viris certâsse, imò eosdem superâsse scribitur.	Augustus Romam *Lateritiam* invenit, *Marmoream* reliquit. Idem post devictum Antonium supra Actiacum Promontorium ædificavit Nicopolim. Vindelicorum Augustam etiam, aliásque urbes suo de nomine *Augustas* appellatas condidit. Tiberius Ratisbonam *Augusti Tiberij* vocatam fertur ædificâsse. Claudius Portum Romanum ad ostia Tyberina, hujus verò filius Germanicus Coloniam Agrippinam condidit. Caligula & Claudius novos aquarum ductus Anienis parârunt. Vespasianus templum Pacis condidit. Titus verò Romæ partem notabilem à Nerone flammis subjectam magna ex parte restituit.

Imperatorum Nomen, Stemma, Symbolum, anni Imperij.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Promotores.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Persecutores.	Imperatores victorijs, triumphis, & pacis concordia insignes.
SECULUM II.	Hadrianus à D. Quadrato, Antoninus à D. Justino M. M. persuasi, sanctiis legibus, & statutis in transgressores pœnis, connivêri Christianis imperârunt, eos solùm relinquentes judici condemnandos, qui de crimine accusati, & argumentis convicti invenirentur.	Trajanus *Persecutionis III.* author in odium fidei occidit plurimos, inter quos eminebant DD. Clemens Pont. Simeon, Ignatius Ep. Marcus Evang. Romulus Imperatoriæ aulæ Præfectus, Hyacinthus Trajani cubicularius, & undena militum millia in Armeniæ montibus occisa.	Trajanus victorijs multis prostravit Persas, Babylonicos, Sauromatas, Bosphorianos, Arabes, Colchos & alios Indis confines populos; item Dacos & Parthos, unde *Dacicus & Parthicus* est appellatus.
13. Trajanus Nob. Hispan. Sym. *Qualis Rex, talis grex.* 18.			Hadrianus victoriis in Britannia relatis jam clarissimus, duce Jul. Severo, quingenta Hebræorũ millia delevit.
14. Hadrianus Nob. Hisp. Sym. *Non mihi sed populo.* 20.	Pertinax & Julianus nunquã severiùs quicquã in Christianos statuerunt.	Lucius Verus *Persecutionis IV.* author & Commodus propagator, primæ notæ Martyres sustulerunt SS. Justinum, Polycarpum, Photinum, Apollonium Senatorem, Blandinam, Septim.	M. Aurelius in angustias redactus Christianorum militum precibus & armis insignem de Bohemis, Moravis & Silesiis reportavit victoriam, cæli fulminibus etiam comprobatam.
15. Antoninus Pius Nob. Ital. Sym. *Malo unum civem servare, quàm mille hostes perdere.* 22.	Aurelius auxilio Christianæ cohortis, quam *Legionem fulminatricem* dixerunt, obtentâ de hostibus victoriâ, fidem insignis miraculi Romæ facturus, literas miraculi testes ad Senatum dedit, simúlque legem de non vocandis in judicium Christianis latam ampliùs confirmavit.	Severus *Persecutionis V.* vel author vel adjutor.	Pertinax Britannos, Parthos, Dacos & Germanos in Austria & Bavaria prostravit.
16. M. Aurelius Nob. Ital. Sym. *Regni clementia custos.* 19. Verus Aurelij frater. Sym. *Consulendum, sed & parendum consilio.* 9.			Severus post Byzantium triennali obsidione eiectum, & denique eversum Romæ triumphavit.
17. Commodus Nob. Ital. Symb. *Pedetentim & paulatim.* 12.			
18. Helio Pertinax Ignob. Ital. Symb. *Militemus.* dieb. 82. Didius Julian. Mediolan. Pertinacis Collega. Sym. *Etsi pedem alterum in sepulchro haberem, adhuc discere vellẽ.* d. 76.			
19. Septimius Severus Nob. Afric. Sym. *Laboremus.* 17.			

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores cladibus & Imperij damnis noti.	Imperatores Nobilium Creatores & Promotores.	Imperatores Literarum & Literatorum Æstimatores.	Imperatores Urbium aut ædificiorum insignium Conditor. *Item alia varia.*
Commodus dum genio indulsit Tyrannus iners & effœminatus, Germani maximè jugum Romanum excusserunt. Britanni inertiâ Commodi non minùs animati, suppetias Romanas unà cum suo Duce trucidârunt, simúlque ingentem murum ab Hadriano extructum solo æquârunt. Devicti tamen denuo sunt ab Ulpio Marcello.	Trajanus eos singulari honore & Nobilium insignibus æstimavit dignissimos, quos Reipublicæ operam integram navare, contemptô privatô commodô, compererat; unde privati commodi studiosos Præsides *Reipublicæ pestes* appellavit, & ab officijs removit. Hadrianus perspectâ sibi Antonini Pij prudentiâ & virtutibus alijs permultis, eundem creavit Cæsarem, neglectis quibusvis alijs sanguine sibi propinquis.	Trajanus Virorum doctorum æstimator, juniorem Plinium, Cornelium Tacitum, Annæum Florum, Solinum & alios permultos nostris etiam sæculis non ignotos authores, singulari favore complexus est. Idem quinquies mille & sexaginta juvenes literatorum studijs peridoneos alebat. Hadrianus ingenij & memoriæ præstantiâ par summis Doctoribus, Plutarchum, Suetonium, Favorinum & alios complures literatorum æstimatores æstimavit, & cum ijsdem certavit, Apollodorum tamen *Censorem* suum audacem nimis sustulit. Pertinax Latinæ & Græcæ linguæ peritus ante militiæ & Imperij sui annos linguam utramque docuit discipulos multos.	Trajanus Romam multis iisque venustissimis ædificijs exornans, sed ijsdem suum nomen affigens à Constantino M. *Herba parietaria* fuit vocatus. Idem Trajanopolim unam in Phrygia, alteram in Thracia cond. *Admirabilem pontem* in Hungaria supra Danubium extruxit. Hadrianus supra fundum Hierosolymæ Æliam; item murum inter Scotiam & Britanniam, urbem *Hadriani venationem* dictam in Mysia: Juvaviam, nunc Salisburgum in Germania &c. cond. Architectonica hoc II. seculo valde floruit Apollodoro Architecto insigni, hanc artem promovente.

Imperatorum Nomen, Stemma, Symbolum, anni Imperij.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Promotores.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Persecutores.	Imperatores victorijs, triumphis, & pacis concordia insignes.

SECULUM III.

20. Caracalla Septimij fil. Britan. Sym. *Omnis in ferro salus.* 6.

21. Macrinus Ignob. Mauritan. Sym. *Ferendū et sperandū.* 1.

22. Heliogab. fil. Carac. Syr. Sym. *Suus quisq; optimus Hæres.* 3.

23. Alexand. Severus Nob. Syr. Sym. *Quod tibi hoc alteri.* 13.

24. Maximinus Ignob. Thrax. Sym. *Quò major, eò laboriosior.* 3.

25. Gordian. senior Nob. Ital. Sym. *Omnis Vita supplicium.* dieb. pauc.

26. Gord. jun. Sym. *Princeps miser, quem veritas latet.* 6.

27. Philippus cum Philippo fil. Ignob. Arab. Symb. *Militia regno idonea.* 7.

28. Decius Nob. Hung. Sym. *Apex Magistratûs authoritas.* ..

29. Trebonianus Nob. Gallus & Æmilianus in Lybia nat. Sym. *Nemo amicus idem & adulator.* 1.

30. Valerian. Nob. Ital. Symb. *Non acerba sed blanda.* 7.

31. Gallienus Valerian. fil. Ital. Sym. *Prope ad summum prope ad exitum.* 8.

32. Claudius Dalmata Nob. Symb. *Rex viva lex.* 2.

33. Aurelian. Ignob. Hung. Sym. *Quò major, eò placabilior.* 6.

34. Tacitus Ital. Nob. Sym. *Sibi bonus, aliis malus.* m. 6.

35. Florianus Taciti frater Ital. Symb. *Injuria unius minæ multorum.* m. 2.

36. Probus Hung. Ignob. Sym. *Pro stipe labor.* 5.

Imperatores cum Collegis.

37. Carus Ital. Nob. cum filijs Numeriano & Carino. Symb. *Bonus Dux, bonus Comes.* 1.

38. Diocletianus Ignob. Dalmata cum Maximiano Herculeo. Sym. *Nihil difficilius, quàm bene imperare.* 20.

Alexander Severus ab Origene Doctore Christianorum lege paucis instructus, templum in Christi honorem ædificavit, & in Christianorum favorem lites decidit.

Gordianus viris ad Christum conversis dedit copiam ædificandi ædes sacras, & jus adornandi præcias.

Philippus à Pontio in Gallia Sacerdote & Martyre orthodoxa sacra edoctus, inter Imperatores primus extitisse est visus, qui Romanæ Ecclesiæ Sacramentum dixit sub D. Fabiano Pont.

Gallienus edicta promulgavit Christianis optatissima, quibus fideli populo concessit potestatem Conventus publicos celebrandi, & Sacra faciendi.

Tacitus datis ad omnes Provincias literis encyclicis, persecutionem Romanæ Ecclesiæ ubivis terrarum inhiberi imperavit.

Carus & Carinus Christianis plurimùm indulsisse, imò & favisse contra hostes & persecutores quosvis feruntur.

Maximinus *Persecutionis VI.* author Doctores maximè & Sacerdotes Catholicos è medio tolli mandavit, ut oves suis privaret Pastoribus.

Decius *Persecutionis VII.* author persecutus est inter Martyres ferè innumeros, Septem Fratres *Dormientes* dictos.

Valerianus *Persecutionis VIII.* author adeò sæviit, ut quæ in Apocalypsi de Adventu Christi prænuntiârat D. Joannes, jam tum impleri crediderit D. Dionysius Alexand. Ep. Eminuerunt in eadem persecutione DD. Sixtus Pont. & Laurentius.

Claudius & Aurelianus *Persecutionis IX.* authores, inter alia iniqua mandata S. Codicem legi prohibuerunt.

Diocletianus & Maximianus *Persecutionis X.* ejúsque omnium atrocissimæ authores, in annos primò decem, dein verò pauciores tanta crudelitate sævierunt in Christianos, ut Martyrum non solàm multa millia, verùm milliones etiam fuerint numerati. Damnum Ecclesiæ illud etiam accessit hic maximum, quòd Christianorum libros & occisorum Martyrum catalogos flammis tradi jusserint Tyranni.

Caracalla Parthos, Britannos & Germanos vicit, de Judæis triumphavit.

Severus Parthis Persisque victis triumphavit.

Maximinus Germanorū victor Germaniā vastavit, penetrans usque in Franconiā &c.

Claudius Gothos, Illyricum & Macedoniam vastantes, ingenti clade prostravit. Cæsa feruntur brevi tempore Gothorum 320000. navium submersa 2000.

Aurelianus Zenobiam Palmirensium Reginam & Tetricum nobilem Romanum, Galliæ Principatum per an. 10. sibi vendicantem duxit in triumpho splendidissimo à quatuor cervis in Capitolium ipse perductus.

Probus Germanorum in Gallia Victor à novem eorundem Regulis propè Rhenum dona & obsides accepit. Triumphus Probi visus est superâsse omnes: præter alia enim evulsas radicitus arbores plurimas Romæ plantari jussit, quibus in latissima area firmatis immisit ducentos leones cum centum leopardis & centum ursis, ac multis aliis minoris notæ animantibus, postquā pridie mille struthiones cū totidē cervis, nec paucioribus apris sylvestribus Romanus populus spectavit.

Carus præter Persas domitos tanta Polonos clade prostravit, ut cæsis sexdecim hostiū millibus, viginti eorundē captiva millia abstraxerit.

Diocletianus multis in Ægypto, Asia & Europa, præsertim verò in Germania partis victoriis aureo currui insidens, & unionibus exornatus Romæ triumphavit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores cladibus & Imperij damnis noti.	Imperatores Nobilium Creatores & Promotores.	Imperatores Literarum & Literatorum Æstimatores.	Imperatores Urbium aut ædificiorum insignium Conditor. *Item alia varia.*
Macrinus à Parthis victus ingenti pecunia pacem ab eis est mercatus. Decius accepta clade maxima à Scythis victoribus, unà cum filio fugitivus paludi immergitur. Gallus pacem Romæ luctuosissimam Scythis victoribus concessit; primus Cæsarum Urbem Urbium Dominam tributariam faciens barbaris, ad quos complures Provinciæ Romanæ transiêrunt. Valerianus à Sapore Persarum Rege victus & captus ferreæ caveæ includitur, ex qua toties emittitur, quoties Rex barbarus equum conscendit stapedum locò Cæsaris tergum premens. Tandem jubente eodem Rege vivus pellem amisit. Gallieno ignaviæ & luxuriæ dedito, Germani Galliam & Hispaniam invaserunt, minitati pariter transitum in Italiam. Gothi rapuerunt Græciam, Macedoniam & Pontum. Parthi occupatâ Mesopotamiâ impetum in Syriam tentarunt &c. copiarum Præfecti, & per Provincias dispersi Præsides numerô 30. Augustos honores ambièrunt: unde Germani armis assueti populi Romanis subjici iterum iterúmque detrectârunt, Præsidibus Romanis partim occisis, partim copiis Romanis fugatis.	Macrinus à militibus creatus Imperator, mox Diadumenum filium creavit Cæsarem, quod alij Imperatores crebrò fecerunt: Philippus námque pater Philippum filium Imperij Collegam constituit. Philippi exemplum secutus Decius gemtor, Decium natum Imperij consortem sibi fecit. Exemplum testium addidit hoc seculo Trebonianus Volusianum filium creans Imperatorem. Diocletianus Maximianum an. 284. Augustum creavit, Occidentis Imperiô in eundem translatô: per annos itaque 20. tantâ concordiâ Tyrannus cum Tyranno agebat, ut eadem die & animo, non pari tamen constantia coronam & sceptrum reliquerint. Iidem anno 292. Constantium Chlorum & Galerium Maximianum Imperatores sibi junxerunt, hunc Orientis, illum Occidentis Imperio non pari fructu præficiendum. Galerius Maximianus Maximianum sibi per Orientem Imperij Collegam sociavit Tyrannum Tyranno.	Alexand. Severus liberalium artium & literarum quarumvis ex æquo Æstimator, Viris eruditis de liberali mercede & præmio prospexit; unde Oppiano Poëtæ pro singulis versibus aureos singulos donavit. Ulpiano Jurisperito Alexander Tyro commendatus, tanti Præceptorem suum duxit, ut eundem prætorianæ cohortis Præfectum constituerit, & aliquando perfidorum militum gladijs petitum *suâmet purpurâ* in tuto collocârit. Gordianus junior literîs apprimè instructus Misetheum virum Romæ doctissimum simúlque armîs strenuissimum maximi æstimavit, plures sibi optans Misitheos, aut saltem Misitheorum Discipulos. Imperator Tacitus multorum Historicorum Mœcenas insignis Cornelium Tacitum Historicum sanguinis propinquitate sibi conjunctum esse gloriabatur. Imperatores reliqui hujus seculi Armatam Palladem magis, quàm Literatam æstimare didicerunt.	Antonin. Caracalla thermas Antonini nomine appellatas in multorum solatium extruxit. Idem putatur Memingam in Suevia erexisse. Frisingam olim Fruxinum dictam à Romanis Præsidibus hoc seculo erectam scribunt nonnulli. Philippus Philippopolim in Arabia erexit. Solis etiam templum à se extructum infinita propemodum auri, gemmarúmque multitudine exornavit. Aurelius *Urbem* laxioribus mœnibus circumdedit. Aureliam Franciæ urbem condidit. Probus brevi temporis spatio 70. urbes per universam Franciam sitas, eásque à Germanis Romani Imperij hostibus dirutas, in pristinum suum statum, aut pristinô meliorem restituisse dicitur. Diocletianus Romam & Nicomediam splendidîs exornavit ædificiis. Aureus numerus huic seculo originem suam debet.

Imperatorum Nomen, Stemma, Symbolum, anni Imperij.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Promotores.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Persecutores.	Imperatores victorijs, triumphis, & pacis concordia insignes.

SECULUM IV.

Stemma Constantij Chlori.

39. Constantius Chlorus Ital. Nob. Sym. *Virtus dum patitur, vincit.* 14.

Galer. Maximian. Ignob. Thrax Collega. Sym. *Tutum silentij præmium.*

40. Constantinus M. Constantij filius. Sym. *Immedicabile vulnus ense recidendum.* 31.

41. Constantinus II. Symb. *Patiens sit Principis auris.* 3
Constantius II. Symb. *Difficilia, quæ pulchra.* 24
Constans. Symb. *Crescente superbia, decrescit fortuna.* 13
Fratres.

42. Julianus Apostata nepos Constantini M. Sym. *Pennis suis feriri grave.* 1.

43. Jovinianus Nob. Hung. Sym. *Scopus vitæ Christus* m. 8.

44. Valentinian. I. Nob. Hungar. cum Valente fratre. Symb. *Princeps Servator justus.* 11.

45. Gratianus & Valentinianus II. Valentin. I. filij. Sym. *Non quamdiu, sed quàm bene.* 6.

Stemma Theodosij.

46. Theodosius M. Hispan. Nob. Sym. *Eripere telum, non dare irato decet.* 16.

47. Arcadius & Honorius Theodosij M. filij. Sym. *Summa cadunt subitò.* 28.

Constantius Chlorus etsi fortè nó Christianus, Christianos tamen clam & palã promovit, dimissis ex aula iis omnibus, qui Christum non seriò professi sunt.

Constantius M. quà auxilijs, quà consilijs Ecclesiæ Romanæ rebus incrementum dedit omni ex parte maximum, Legibus pro Ecclesia latis, extructis sacris Ædificijs, donis Ecclesiæ datis ferè innumeris. Concilio Nicææ I. Protector adfuit &c.

Jovinianus in Orthodoxa Fide interi adversa etiam constantissimus, Juliano Apostatæ apertè contradixit. Imperatoriam dein dignitatem prius non admisit, quàm milites Cæsaris Electores ad Christi Sacra amplectenda se pronos ostenderunt.

Valentinian. I. Cæsar creatus templa Arianis ademit, ut Episcopis Romanis redderet; Aruspices etiam superstitionibúsque addictos sacrificulos concremari jussit, ut locus amplior esset Sacerdotibus Orthodoxis.

Theodosius M. virtute & Religione Imperator jure dictus *Magnus* doctrinam Arij extirpare laboravit; præcepit edictô publicô, *ut omnes eam profiterentur Fidem, quam D. Petrus Romæ docuisset, & D. Damasus Pont. tunc temporis doceret.* Idem Concilium Constantinopolitanũ I. defendit, crebrò auditus dicere: *Pluris sibi esse Christiani, quàm Cæsaris Nomen.*

Gallerius Maximian. cũ Tyrannis socijs Maximino, Maxentio & Licinio per Orientis maximè Regna Ecclesiam afflixit, *Persecutionem Diocletianam* prosequens.

Constantius II. etsi Constantini M. filius, Arianus tamen & *Persecutionis IX.* author, D. Athanasiũ Alexandriæ Præsulem cum socijs Episcopis nullo non tempore afflixit.

Julianus Apostata *Persecutionis XII.* author Christum *Fabrum lignarium* aut *Galilæum* blasphemo ore vocitare solebat. Christi gregem non solùm gladiô, sed etiam calamô impugnavit illorum libellorum ipsemet Scriptor, quos D.D. Nazianzenus & Cyrillus solidissimè refutârunt. Idem etiam Christianis literarum studiô interdixit.

Valens Valentiniano fratri totus denique contrarius, præter multa crudelitatis exempla palam exhibita, octoginta Sacerdotes Orthodoxos sibi factos supplices simul navigio imponi, dein verò in medium maris deduci, ac tandẽ concremari mandavit.

His Tyrannis accesserunt hoc seculo Imperatrices duæ Arianæ, Eusebia prima, Eudoxia altera, quarum hæ Arcadij Conjux D. Chrysostomum, altera Constantii Imperatrix D. Athanasium in exilium expulit.

Constantius Chlorus pluribus victorijs Germanos Alpibus proximiores sibi subjecit, pari fortunâ subigens Britannos.

Constantinus M. Maximiani Herculei, Galerij Maximiani, Maxentij, Licinij & multorum aliorum hostium Victor gloriosus, dum Romæ triumphavit, *S. Crucis signo* victorias suas adscripsit hac epigraphe: *Hoc salutari signo, verô fortitudinis indiciô, civitatem vestram Tyrannidis jugô liberavi, & S. P. Q. R. in libertatem vindicans, pristinæ amplitudini & splendori restitui.*

Valentinianus I. Gothos Thraciâ expulit, Suevos, Francones, Saxones & Britannos compescuit; Polonos & Silesios Pacem petere coegit.

Theodosius M. de Maximo, Eugenio & Arbogaste Tyrannis relatâ victoriâ, etiam miraculis demonstratâ, Triumphum Deo hostium Ecclesiæ Victori supremo tribuit, Constantinopoli tamen triumphavit.

Arcadius Rufinum tutorem suum perfidũ devicit.

Honorius Arcadij Frater Stiliconem tutorem suum superavit. Idem denique Superûm beneficiô decem hostes validissimos prostravit, quos inter erant Ataulphus Gothorũ Rex, Attalus, Heraclianus, Tertullus, Gratianus, & Constantinus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores cladibus & Imperij damnis noti.	Imperatores Nobilium Creatores & Promotores.	Imperatores Literarum & Literatorum Æstimatores.	Imperatores Urbium aut ædificiorum insignium Conditor. *Item alia varia.*
Hujus Seculi Tyranni magis, quàm Imperatores, cladibus sanè magnis à Constantino M. sunt deleti ad internecionem. Constantinus II. à fratre Constante propè Aquileiâ superatus, occisus & flumini immersus. Constantius à Sapore Persarum Rege novem victoriis in Asia extremas in angustias redactus, haud tamen Arianam hæresin deseruit, eventibus prorsus raris & miraculo similimis haud emendatus. Julianus Apost. altero Imperij anno in angustijs Persiæ deprehensus, ingentem suorum cladem morte sua blasphema auxit. Valens à Gothis, Alanis & Hunnis victus, lethalique vulnere sauciatus, dum in agrestem casam haud procul Adrianopoli deportatur, inter flammas, ab ignaris eum in locum conjectas, conflagrat. Gratianus propè Lugdunum in Gallia à Maximo Tyranno victus, morte sua parentavit plurimis suorum victis & trucidatis. Fratrem brevi secutus est frater Valentinianus II. ab Arbogaste suffocatus.	Constantinus M. Crispum filium, Licinium Sororium, Licinium & Gallum ex Constantia sorore nepotes creavit Cæsares. Valentinianus I. Valentem fratrem, Imperij Collegam constituit, dein verò Gratianum & Valentinianum filios dixit Augustos. Gratianus Theodosium M. ob insignes victorias & consilia saluberrima Theodosium M. inter Cæsares meritò numeravit. Theodosius M. Arcadium anno 377. natum, dein verò anno 385. octennem parvulum jam Augusti honoribus impertivit, prærogativam in Imperio æqualem filio alteri Honorio, octo pariter annos numeranti concessit. Arcadius Theodosium filium in cunabulis jacentem jam creavit Augustum, qualis ferè honor exhibitus est à Theodosio Valentiniano III. ex Placidia Honorij filia nato.	Constantinus M. in juventute literis apprimè instructus, multisque viris doctrinâ insignibus comparandus, quò doctiores invenit, eò pluris æstimavit: scripsit ipsemet Augusta manu multas orationes, quarum magnam partem recitavit. *Vid. Card. Bellar. de Scriptor. Eccles.* Gratianus ab Ausonio in Gallia nato Poëta, & Oratore præstantissimo literis & moribus optimè instructus Præceptorem suum populo Romano præfecit Consulem, nondum tamen satis honorâsse Ausonium sibi visus, gratitudinis causâ dixisse fertur: *Solvi, quod debui, & adhuc debeo, quod solvi.* Arcadius & Honorius Theodosij M. uterque filius, à Præceptore D. Arsenio Diacono Romano præclara eruditione imbutus, didicit æstimare maximi Arsenium & Viros quosvis eruditos, exemplô Posteris observandô.	Constantius Chlorus ædificavit Constantiam in Suevia, ut haberet in eadem præsidium perpetuum adversus Germanos identidem Romanis resistentes. Constantinus M. in memoriam D. Matris Helenæ erexit Helenopolim. Idem Romam alteram, Constantinopolim nempe extruxit, quam honoribus B. V. dedicavit. Idem tum Romæ, tum Constantinopoli, tum in alijs multis Romani Imperij Regnis ac Provincijs erexit ædificia & templa tanti Cæsaris monumenta clarissima, quorum ultima in *Crucis* modum extrui curavit. Gratianus in Sabaudia thermas restauravit. Basilcam quoque jam seculis prioribus ædificatam duobus propugnaculis fortiorem reddidit adversus impetus Germanorum. Valentinianus I. Brisacum communivit ampliùs adversus Suevos, quibus intra Rhenum & Nikarum adempta est Regio. Quin affirmant à Probo jam Brisacum propugnaculis esse auctum.

Imperatorum Nomen, Stemma, Symbolum, anni Imperij.	Imperatores Romanæ Eccleſiæ Promotores.	Imperatores Romanæ Eccleſiæ Perſecutores.	Imperatores victorijs, triumphis, & pacis concordia inſignes.
SECULUM V.	Theodoſius II. hortatu ſororis ſuæ S. Pulcheriæ edictis publicis in anguſtias redegit Hæreticos, Judæos & Paganos. Immunitatis etiam Eccleſiaſticæ hoſtes ſuppreſſit. Concilio Epheſino ſtrenuam operam navavit.	Prædicti decem Turbatores potiùs Imperij, quàm Imperatores per annos 20. ſuâ deſidiâ vel invidiâ Tyrannis exteris, iſque vel Hæreticis vel Barbaris dedêre ſpatium penetrandi in Italiam, Africam, aliásque mundi plagas, in quibus ſupra modum afflixerunt Eccleſiam.	Theodoſius II. Duce ſuo Artaburio Isdegerden Perſarum Regem clade maxima proſtravit; Perſarum centum millia cecidiſſe ferunt. Idem eodem Duce Joannem Romæ virum potentiſſimum, ideóque Solio inſidiantem feliciter ſuperavit, ope cæleſtis etiam Genij adjutus.
48. Theodoſius II. Arcadij filius. Sym. *Temporiparendum.* 42.	Valentinianus III. Clericos adverſus Secularium Judicum machinas fortiter defendit.	Anaſtaſius Eutychianorum Hæreticorum Fautor publicus Euphemium Conſtantinopolis Antiſtitem urbe ejecit, ſubrogato in Euphemij ſedem Timotheo Eutychiano.	Valentinianus III. Duce ſuo Aetio & Clodovæo Francorum, nec non Theodorico Gothorum Regibus tunc armorum ſocijs Attilam Hunnorum Regem potentiſſimum propè Toloſam in Occitania ad internecionem delevit.
49. Valentinianus III. Honorij ex filia nepos. Sym. *Omnia mea mecum porto.* 31.	Martianus Concilium Chalcedonenſe unà cum D. Pulcheria conjuge ſimul & Virgine Auguſta conſtanter juvit.	Idem D. Hormisdæ Pont. Legatos nequidem in conſpectum admiſit, verùm rimoſo impoſitos navigio extremo vitæ periculo expoſuit. Tandem eò pervenit veſaniæ, ut Catholicorum multos ſepe circumdatos jugulari præceperit.	Martianus Mauritaniæ feróces populos procul Imperij finibus arcuit, Avitum etiam Romæ Senatorem Imperij faſcibus inhiantem perdomuit.
Poſt Valentinianũ III. per annos 20. ſecuti ſunt decem Imperatores, aut potiùs Turbatores Imperij, Imperatoris nomine haud digni. Ad ſeriem tamen Imperatorum continuandam ſequuntur per tria ſecula Cæſares Orientis.	Leo I. datis varijs epiſtolis ad Viros in Eccleſia miraculis claros eos hortatus eſt ad Fidei Romanæ dogmata in Concilio Chalcedonenſi probata, miraculorum multitudine demonſtranda.	Baſiliſcus Tyrannum induit, & hæreſin Eutychianam reſtituit pulſis in exilium Epiſcopis Orthodoxis.	
50. Martianus Nob. Illyric. Sym. *Pax bello potior.* 6.			
51. Leo I. Thrax Nob. Sym. *Regis clementia virtus.* 17.			
52. Zeno Iſaurus Ignob. Sym. *Malo nodo malus cuneus.* 16.			
53. Anaſtaſius Macedo Ignob. Sym. *Mellitũ venenũ blanda oratio.* 26.			
Leo II. Leonis I. filius & Baſiliſcus à multis non numerantur in ſerie Romanorum Imperatorum.			

Imperatores cladibus & Imperij damnis noti.	Imperatores Nobilium Creatores & Promotores.	Imperatores Literarum & Literatorum Æstimatores.	Imperatores Urbium aut ædificiorum insignium Conditor. *Item alia varia.*
Aspares Theodosij II. Dux à Genserico Vandalorum Rege in Africæ finibus victus, amissæ victoriæ & acceptæ cladis nuntius tristis, Constantinopolim redijt. Attila occupatâ Hungariâ Thraciam, Macedoniam & Illyricum depopulatus est, cui adhæc grande tributum solvit Theodosius II. Leonis I. classis, pluribus quàm mille constans navigijs, inertiâ Basiliſci Supremi classium Præfecti ferè omnis est amissa eo tempore, quo Occidentis Imperium varijs Tyrannis in prædam cessit. Anastasius ter à Persis & Gethis victus, tribus amissis belli Ducibus Supremis, cœli fulmine percussus interiit an. Imp. 27.	Theodosius II. Pulcheriam sororem annum ætatis 16. agentem creavit Augustam & Imperij Sociam. Idem Martianum gregarium militem post editas pugnas egregias varijs honoris ac dignitatis honoravit titulis & officijs: hunc ipsum Martianum annuentibus cunctis Pulcheria creavit Augustum. Leo I. Zenonem & Basiliscum nec seriò Orthodoxos, nec Imperio idoneos, ad summos dignitatum apices promovit, invitis Imperij Proceribus, & populo ferè universo.	Theodosius II. inter Imperatores extitit primus, qui Leges Romanas in Codicem colligi mandavit. Constantinopoli ut præ armorum strepitu vigerent Eruditorum collegia, multam impendit operam. Bononiæ item in Italia Academiam suis sumptibus erexit, venturis post se Imperatoribus exemplum præbens imitatione dignissimum. Leo I. literarum amator adeò fuit insignis, ut crebro exclamârit: *Utinã liceret meo tempore, quæ erogantur in milites, in Professores Artium impendere.*	Theodosius II. & Pulcheria Constantinopolim multis ædificijs exornârunt. Idem Theodosius Nordhusiam in Saxonia ædificâsse putatur. Valentinianus II. authore Aetio tertium murum extruxit inter Britannos & Scotos. Attila Galliam Cisalpinam invadente, Veneti in paludes & vicinas insulas se recipientes Venetijs fundamenta jecerunt. Hoc aut sequenti seculo cœperunt anni à Christo nato numerari, Authore præcipuo Dionysio exiguo, aut juxta alios Flaviô dextrô.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatorum Nomen, Stemma, Symbolum, anni Imperij.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Promotores.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Persecutores.	Imperatores victorijs, triumphis, & pacis concordia insignes.

SECULUM VI.

54. Justinus *I.* Thrax Ignob. Sym. *Quod pudet, hoc pigeat.*

55. Justinianus Illyric. Justini nepos. Sym. *Summum Jus, summa injuria.* 38.

56. Justinus *II.* Thrax Justiniani ex sorore nepos. Sym. *Libertas res inæstimabilis.* 13.

57. Tiberius *II.* Thrax Ignob. Sym. *Stips pauperum, Thesaurus divitum.* 3.

58. Maurit. Nob. Cappadox. Sym. *Quod timidum, idem crudele.* 19.

Justinus *I.* Rom. Religionis Propugnator eos, quos Anastasius in exilium ejecit, ipse continuò repetiit: severissima quoque contra Arianos edicta promulgavit; Chalcedonensis è contrario Concilij decreta servari integrè præcepit &c.

Justinus *II.* Rei Catholicæ Defensor, Ecclesiæ statuta servari præcepit, neminem magis aversatus, quàm Novatores. De *Constantia* tamen Justini *II.* dubitant non pauci.

Tiberius Romam obsidione Longobardorum & fame liberavit.

Mauritius Imperij fasces ita tenuit, ut Ecclesia nulla sui parte diminuta plurimùm verò fuerit aucta multis ejus victoriis.

Justinianus Ecclesiæ primò Propugnator, sed in senectute partim Theodoræ Imperatricis, partim Pseudo-Episcoporum machinationibus seductus, causas Ecclesiasticas sibi perperam sumpsit judicandas; Eutychium Constantinopolis Episcopum exulem abegit, hujus in locum promoto Joan. Scholastico rerum sacrarum venditore simoniaco: quin ex consensu Latinorum & Græcorum Scriptorum hæresin Eutychianam probavit: quare Sylverium & Vigilium haud immeritò sibi contrarios Pontifices dirè persecutus est, alterum in exilium ejici, alterum durissimo carceri includi, vel malè permittens, vel pejùs præcipiens.

Justinianus in tribus orbis partibus Belisarij & Narsetis operâ devicit hostes potentissimos; in Europa 3. Gothorum Reges Vitigem, Totilam & Tejam: in Asia Cosroem Persarum, in Africa Gilimerem Vandalorum Regem, quorum ultimum Constantinopoli in triumpho duxit.

Tiberius recepit in fidem Mesopotamiam: Persas victos & captos lautè habuit, & splendidè ornatos in patriam remisit; unde Cosroem Regem adeò commovit, ut ne Persarum quispiam deinceps Rom. Imperatorem bellò lacesseret, lege prohibuerit.

Maurit. Persarum Victor Armenos fudit, Scythas Mæsia expulit, Longobardos repressit, Hunnos variè devicit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores cladibus & Imperij damnis noti.	Imperatores Nobilium Creatores & Promotores.	Imperatores Literarum & Literatorum Æstimatores.	Imperatores Urbium aut ædificiorum insignium Conditor. *Item alia varia.*
Dum Justinus *II.* Sophiæ Conjugis instinctu Narsetem ab officio removit, Alboinum Longobardorum Regem in Italiam cum exercitu vocatum intellexit; unde exordium habuit Longobardorum Regnum. Idem dum Persis bellum indixit, ex illatæ cladis gravissimæ nuntio phreneſi & tandem morte correptus est. Caganus Hunnorum Rex cùm in captivitate detineret de Mauritij exercitu 12000. militum, quæ Mauritius tamen nec precibus nec pretiô liberaret, iratus Rex barbarus, ad unum omnes trucidari jussit, sanguinem Christianorum omni auro pretiosiorem nullo in pretio habens.	Justinus I. Justinianum ex sorore nepotem in filiũ & Imperij Hæredem adoptavit. Justinianus exemplum Justini secutus, Justinum *II.* ex Vigilantia sorore natum creavit Imperatorem. Justinus *II.* hæredibus destitutus Tiberium supremum aulæ Præfectum Imperatorijs Insignibus decoravit. Tiberius *II.* non minùs, quàm omnes reliqui hoc seculo Imperatores hæredibus masculis destitutus, Mauritium generum suum nuncupavit hæredem & successorem in Imperio, addita hac sententia cedrô dignissima: *Non meliorem esse lapidem sepulchralem, quàm bonum successorem relinquere.*	Justinianus Leges Romanas dispersissimas operâ Treboniani & aliorum Jurisperitorum in pauca volumina redegit, Jus universum Cæsareum primò duobus complexus libris, quorum alterum *Codicem Justinianeum*, alterum *Digesta* seu *Pandectas* appellavit. Jussit denique etiam in lucem edi *Institutiones*. Mauritius in juventute literîs probè excultus, didicit deinceps otium, ebrietatem, luxuriam & quodvis vitium summopere detestari, si avaritiam fortè exceperimus.	Justinianus templo Constantinopolis principe flammîs consumpto, extruxit templum D. Sophiæ, hoc est Divinæ Sapientiæ dedicatum: quod suô pretiô & artificiô plurimùm superavit ædem illam, quam Constant. M. erexit. Idem Constantinopoli restauravit templum à Constant. M. in honorem D.D. Apostolorum erectũ: Constantinopolim etiam magnam partem vel erectam, vel immutatam dixit *Urbem Justinianeam*. Denique Antiochiam tertæ motu totam ferè solo æquatã restituit, & Theopolim vocavit.

Imperatorum Nomen, Stemma, Symbolum, anni Imperij.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Promotores.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Persecutores.	Imperatores victorijs, triumphis, & pacis concordia insignes.
SECULUM VII.	Heraclius quamdiu ritè credidit, inter Miracula S. Crucis, Ecclesiæ hostes vicit, perpetuus Victor & Triumphator Davidi in ferenda Arca Fœderis simillimus; Crucem enim ipse parî modô portavit, & Hierosolymis restituit, unde suum principium accepit Dies Ecclesiæ festivus, cui ab Exaltatione S. Crucis nomen.	Phocas dum Imperium pessumdedit, Ecclesiam innumeris malîs afflixit.	Persæ Heraclio pacem petenti repulsam dantes ab eodem prælijs pluribus victi, Provincias & urbes plurimas Victori reddiderunt; ipse Cosroes Rex à filio Syroe interemptus est, quòd Heraclio pacem negâsset.
59. Phocas Cappadox Ignob. Symb. *Fortunam citiùs reperias, quàm retineas.* 8.		Heraclius post multa miracula S. Crucis virtute patrata, lapsus in lasciviâ, & denique in Monothelitarum hæresin, quin magiæ etiam addictus in fine dolores nimiùm quantùm auxit Ecclesiæ.	
Stemma Heraclij.			
60. Heraclius African. Nob. Sym. *A Deo victoria.* 31.	Constantinus III. paucorum mensium Imperator, Ecclesiam desideriîs magis, quàm factîs defendit, è medio sublatus ab hostibus Ecclesiæ & Imperij.	Constans II. S. Martinum Pontif. missîs Romam usque copiîs capi, & Constantinopolim usque pertrahi jussit, quem proin mensibus sex in carcere detinuit gravissimis catenîs onustum.	Constantinus IV. Saracenos Constantinopolim gravissima obsidione prementes constantissimè repulit; decretoriâ tandem pugna penitus devicit eos, Cœli præsidiô adjutus.
61. Constantinus III. Heraclij fil. Symb. *Insania læta voluptas.* m. 5.			
62. Heracleon Heraclij incestuosus fil. Sym. *Mali principij malus exitus.* m. 6.	Constantinus IV. datîs Romam epistolîs author fuit Pontifici, ut Concilium Constantinopolitanum III. celebraret, in quo Monothelitarum error damnatus, rejectúsque simul fuit Constantis typus & Heraclij Ecthesis.	Idem Tyrannus multis prælijs tum in Asia, tum in Europa superatus, Romam divitiîs sacris & profanis spoliavit.	Justinianus II. Armeniam, Albaniam & Mediam Saracenis eripuit, quin præsidium etiam ex Libano monte impetravit adeò potens, ut Abdimelech Rex eodem victus, Africæ partem reddiderit, & tributum annuum promiserit.
63. Constans II. Constantini III. fil. Sym. *Parendum necessitati.* 28.			
64. Constantinus IV. Constantis fil. Symb. *Quod citò fit, citò perit.* 17.			
65. Justinianus II. Constantini fil. Sym. *Multi nimium, nemo satis.* 16.			

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores cladibus & Imperij damnis noti.	Imperatores Nobilium Creatores & Promotores.	Imperatores Literarum & Literatorum Æstimatores.	Imperatores Urbium aut ædificiorum insignium Conditor. *Item alia varia.*
Sub Phoca Armenia, Cappadocia, Paphlagonia, Galatia, Syria, Phœnicia & Palæstina à Cosroe II. fuit depopulata, Hierosolyma verò expilata, S. Crux Christi usque in Persidem delata. Ex altera parte Hunni, Dalmatæ &c. Europam vastârunt. Longobardi vexabant Italiam. Sclavi Dalmatiam & Illyricum. Hispania Gothis, Gallia verò Francis cessit in prædam. Africam infestabat Mahomet. Constans II. à Saracenis bis victus Africam, Cyprum & Rhodum amisit. Justinianus II. initam cum Saracenis pacem violans, victoriam, exercitum & coronam amisit, naribus etiam mutilatus, & in exilium ejectus sic jubente Leontio.	Heraclius à Senatu Constantinopolitano contra Phocam Cæsar probatus, filium suum Constantium unius duntaxat anni parvulum jam creavit Augustum ob bellum Persicum, quod Romano Imperio & Ecclesiæ erat periculosissimum. Constantinus IV. Justinianum II. filium anno ætatis 13. Imperij Collegam creavit. Justinianus II. Leonem Isaurum parentis è plebe filium Ducum honore insignivit, haud præscius malorum plurimorũ, quæ ex Leonis promotione in Ecclesia & Imperio secuta sunt.	Heraclius ab Heraclino genitore idoneis præceptoribus commendatus, quamdiu perseveravit esse bonus, tamdiu Musas amavit, & commendavit. Constantinus III. patre Heraclio adhuc imperante, probatis moribus & literis instructus, seriam impendit operam, ut filij Constans & Theodosius vestigia patris premerent. Constantinus IV. ut filius Justinianus & Heraclius virtutibus Catholicis & literis imbuti prodessent omnibus, utrumque Romam misit Benedicti II. Rom. Pontificis arbitrio plenè commissos.	Distinctio horarum per campanæ sonitum cœpit fieri authore Sabiniano Rom. Pont. Ignis græcus Callinici Architecti inventum mox suis Authoribus & alijs obfuit, & profuit plurimùm. Urbs S. Galli in Helvet. conditur. Herbipolis ædificatur. Praga & Cracovia conditores suos Cracum & Primislaum cæperunt venerari.

Imperatorum Nomen, Stemma, Symbolum, anni Imperij.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Promotores.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Persecutores.	Imperatores victoriis triumphis, & pacis concordia insignes.
SECULUM VIII.	Theodosius III. reluctante animo Imperator electus, cùm turbatissimum contemplaretur Imperium, nec Ecclesiæ prodesse posset innumeris expositus periculis, hinc Monachi habitum induit, hoc maximè modo profuturus sibi & Ecclesiæ.	Bardanes proscriptam in Synodo VI. Oecumenica Monothelitarum hæresin ab inferis revocavit: Bulgaris hostibus barbaris impunè omnia concessit: Joannem insignem hæreticum cum socijs hæreticis promovit.	Theodosius III. Constantinopolim sex mensium obsidione à varijs hostibus inclusam liberavit.
66. Philippus Bardanes Nob. Constantinopolitan. Sym. *Fortuna citò reposcit, quod dedit.* 2.			
67. Arthemius seu Anastasius *II.* Philippo à Secretis. Sym. *Si non dat, accipit ultrò.* 2.	Constantinus filius & Irene mater Synodum inter Oecumenicas VII. Nicænam II. quà consiliis, quà auxiliis strenuè adjuverunt; unde à 350. Episcopis Iconoclastarum hæresis est damnata, & suus sacris Imaginibus cultus, Templis verò ac Monasterijs suus decor fuit restitutus. Edita in lucem Professio, qua Episcopi suam mentem de cultu Sanctorum & sacrarum Imaginum exposuerunt.	Leo Isauricus Deo, Divisque bellum intulit impium, Osor sacrarum Imaginum maximus; ipsius enim *DEI Hominis & Magnæ Virginis Matris* effigies in foro publico concremavit.	Leo III. Constantinopolim trium annorum obsidione à Saracenis circumsessam servavit adversùs hostes, quos tamen potiùs vicêre mortes & morbi, quàm obsessorum constantia.
68. Theodosius *III.* Nob. Constant. Sym. *Patientia remedium malorũ.* 1.			
Stemma Leonis III.			
69. Leo *III.* Ignob. Isaurus. Symb. *Occulti inimici pessimi.* 24.			
70. Constantinus V. Leonis filius cognomentò Copronymus. Symb. *Quid sine pectore corpus.* 34.		Constantin. Copronymus Christi Matrem *Deiparam* appellari prohibuit, hunc in finem 338. hæreticorum conciliabulum coegit, ut plurimorum faucibus contra Deiparam & SS. Iconum Religionem debaccharetur.	Constantinus V. Artavastum electum Cæsarem à populo, & Anastasium Pseudo-Patriarcham captos duxit in triumpho.
71. Leo *IV.* Constantini *V.* filius. Sym. *Quò fortuna, si non uteris:* 5.			Irene Nicephorum Constantini filij patruũ sceptro insidiantem repetitis prælijs fugavit ex Italia: Helvidium etiam virum Patritium res novas in Sicilia molientem superavit; nec minùs Sclavorum & Arabum impetus repressit.
72. Constantinus *VI.* Leonis *IV.* filius. Sym. *Mulieri imperare res desperata.* 17.		Leo IV. Imaginum sacrarum Osor, genitoris & avi impijs institit vestigijs.	
Irene Constantini *VI.* Augusta Mater sine filio. an. 4.			

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores cladibus & Imperij damnis noti.	Imperatores Nobilium Creatores & Promotores.	Imperatores Literarum & Literatorum Æstimatores.	Imperatores Urbium aut ædificiorum insignium Conditor. *Item alia varia.*
Sub Bardane ignavo Cæsare Bulgari & barbari alij Orientalis Imperij Provincias vastârunt. Constantinus Copronymus bis à Bulgaris victus, vice ultima in navali prælio amisit 2600. navigia, coorta subitò tempestate præ quovis hoste feliciter adversùs Tyrannum pugnante & vincente. Idem suis sceleribus Imperium vix non evertit penitus. Constantinus *VI.* ab Irene matre dissidens, ab Astronomis deceptus, à Bulgaris victus & fugatus, Constantinopolim rediit, quam ob causam milites Constantini continuò Nicephorum patruum elegerunt Imperatorem. Constantinus denique à matre captus & oculis orbatus; mater verò à Nicephoro Logotheta Imperij invasore in insulam Lesbum est ejecta.	Leo Isaurus obscuro genere natus, Imperator tamen electus, Constantinũ Copronymum duorum annorum parvulum jam coronavit Cæsarem, & in Imperio Socium, ut nempe patris vitia coronatum Caput filius simul cum corona caperet, nec concepta dimitteret. Copronymus filium Leonem *IV.* an. 750. natum, jam an. 751. coronavit Cæsarem. Leo *IV.* Constantinum *VI.* filium an. ætatis suæ 5. coronâ Imperij insignivit, qui sũb cura genitricis, quam primò omnes *Augustam* dixerunt, virtutes nobilissimas hausit, indeverò vitiis nobilitati turpissimam inussit maculam.	Anastasius *II.* doctrinæ adminiculo Senatui populóque probatus Cæsar, Monasterium denique elegit literis & virtutibus peridoneum domicilium. Carolus M. ab Alcuino Magistro suo sacris & profanis scientijs instructissimus, etsi hoc seculo nondum foret Imperator Occidentis, in Occidente tamen Rempublicam literîs erigere laboravit; circa an. enim 790. instituit Academias Osnabrugensem, Papiensem & Patavinam: Bononiensem verò meliorem reddidit. Idem Lutetiæ Athenas novas erexit.	Tyrannis in Oriente multa demolientibûs, in Occidente multa insignia ædificia erexerunt Carolus Martellus, Pipinus & Carolus M. inter eadem ædificia jure numerantur Ecclesiæ Osnabrugensis, Halberstadiensis, Bremensis, Mindensis, Paderbornensis, Monasterienſis, Hildesiensis, Campidunensis &c. Carolus M. propè Moguntiam pontem suprà Rhenum toto decennio extruxit. Ad finem hujus seculi Organum in Occidente primò auditum fuit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores Nomine, Stemmate, Symbolô & Imperij annîs cognoscendi.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Protectores.	Imperatores contra Ecclesiam vel aliquid moliti, vel passi.	Imperatores victorijs, triumphis, & pace inita glorioſi.
SECULUM IX. Stemma Caroli M. 1. Carolus M. in Germania natus Pipini Francorum Regis fil. Sym. *Christus regnat, vincit, triumphat.* 13. 2. Ludovicus Pius Carol. M. fil. Symb. *Omnium rerum vicissitudo.* 27. 3. Lotharius I. Lud. fil. Symb. *Ubi mel, ibi fel.* 15. 4. Ludovicus II. Lothar. fil. Sym. *Par sit fortuna labori.* 20. 5. Carolus II. Calv. Ludovici Pñ fil. Sym. *Injustitia justitiam parit.* 2. 6. Ludovicus III. Balb. Carol. Calv. fil. Sym. *Nemo placet omnibus.* 1. 7. Carolus III. Crassus Ludov. Germani Regis fil. Sym. *Os garrulum intricat omnia.* 8. 8. Arnolphus Carolomanni Bojorum Regis fil. Sym. *Facilis descensus averni.* 12.	Carolus M. in universa ferè Italia, Germania & Gallia, quin & alijs Regnis remotioribus Ecclesiæ rem restituit, & promovit plurimùm, perpetuus amicus Roman. Pontificis, Episcoporum & Sacerdotum. Diœceses annuente eodem Pont. erexit varias in Germania & Gallia, Abbatias item tot, quot Alphabetum numerat literas. Witekindum Saxonum Regem vicit, ut Christo cum Saxonia lucraretur. Bona & Jura Ecclesiæ rata habuit. Cum remotis Regibus amicitiam coluit, ut fidem Romanam ubivis terrarum commendaret. Ludovicus Pius jura Ecclesiæ manu Imperatoria confirmavit, comprehendens Patrimonium D. Petri, Exarchatum, Siciliam, Corsicam & Sardiniam. Ludovicus II. varios Apostolos ad Septentrionis plagas mitti curavit: idem etiam sanxit, ne deinceps Cæsares electioni R.R. Pont. se quovis modo immiscerent. Carolus Calv. in Italia vicit Saracenos summô Eccles. Rom. bonô. Arnolphus Formoso Pont. fortiter adstitit contra Guidonem Spoletanum.	Lodovicus II. adhuc juvenis à patre Lothario Romam missus, juvenili verò levitate & Consiliarijs malis seductus, militibus concessit omnia impunè facere, damnô Ecclesiæ permagnô. Idem à Cardinale Anastasio Benedicti III. Pontificis adversario acerrimo circumventus dolis, in Italiam misit exercitum, qui eodem Duce Anastasio ædem D. Petri spoliavit, dum hic supremam conscendit Cathedram Pseudo-Pontifex. Hoc seculo ob aliquot Imperatorum, Regum & Ducum dissidia Hunni Germanum Imperium adorti sunt.	Carolus M. Victorias insignes retulit 1. de Witekindo Saxonum Rege, cum quo per annos 30. decertavit Victor perpetuus. 2. de Desiderio Longobardorum, 3. de Thassilone Bojorum Rege. 4. de Saracenis in Hispania victis. Ludovicus II. Saracenos Italiam vastantes vicit & fugavit: Normannos ex Gallia expulit: Adelgisiũ Salernitanum Ducem in Insulam Corsicam ex Italia ejecit. Carolus Cras. Mauros ex Italia exegit, Germaniam, Italiam & Franciam conjunxit, ejectis ex hac Normannis, quorum Regem bidui spatiô summas in angustias redegit, & tamen eidem Frisiam concessit, qui gratiâ tantâ insuper habita rupto fœdere, Galliam reperiit. Arnolphus adversus Moravos, Slavos & Normannos partis victoriis cepit Romam, Guidonis Anti-Cæsaris victor non hostis Romani Pontificis Normannorum propè Moguntiam 90000. cum geminis eorum Regibus cecidisse scribitur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores Romano in Imperio bellis &c. obnoxij.	Imperatores Nobilium Creatores aut Promotores.	Imperatores Literarum aut Literatorum Mœcenates.	Imperatores Urbium vel Ædificiorum insignium Conditores. Itē alia varia.
Bellum domesticum inter tres Ludovici Pij filios Pipinum, Ludovicum & Carolum, & post hos inter nepotes ob divisionem Regnorum fuit origo cladium gravissimarum. Carolum Calvum fraudulentum insigni clade devicit Carolomanus Ludovici Balbi filius. Carolum Crassum infortuniô suô maximô ob pacis iniquæ pacta, Normannis in Gallia agentibus oblata, deseruerunt Saxones, Thuringi & Franci Orientales.	Carolus M. à D. Leone III. Pont. Imperator creatus, ut rebus in Occidentis Imperio prospiceret, ex Nobilibus Germanis, Gallis &c. creavit Palatinos Comites, Marchiones, Landgravios, Burgravios & alios, quorum nomina à germanico idiomate derivata Germanis, quàm Latinis sunt notoria. Witekindum M. constituit Westphaliæ & Angriæ Ducem, Ducalibus Saxoniæ insignibus inserto equo candido locô equi priùs nigricantis.	Carolus M. Academiæ Parisiensi providit de insignibus Doctoribus, nimirum Rabano creato dein Archi-Episcopo Moguntino, Claudio, Joanne, Scoto &c. Testamentum novum aureis literis exarari curavit. Libros D. Augustini de Civitate Dei præter varias historias ad mensas sibi prælegi jussit. Linguam Germanicam excoluit, quem in finem ultimis Imperij annis à bellis otium nactus scribere cæpit idiomate Germanico Grammaticam. 12. Anni mensibus nova eáque Germanica nomina imposuit. Colonienſem Academiam etiam erexisse putatur.	Carolus M. Aquisgranum vel funditus erexit, vel ex oppido urbem effecit. Francofurtum ad Mœnum amplificavit, Hamburgum ædificandi vel author, vel adjutor fuit. Idem Lindavium condidisse, vel saltem Adalberto Comiti sibi propinquo consilium dedisse fertur, ut conderet: oppido Tigurino in Helvetia augmentum dedit. Ulmam Monachis Augiæ Divitis donâsse scribitur, unde Ulmæ incrementum additum ferunt. Hoc seculo Campidunum in Suevia, & Andlavia in Alsatia augmentum acceperunt, tam hìc quàm ibi extructis Ecclesijs à geminis Imperatricibus Hildegarde & Richarde hac Caroli III. illa Caroli I. Augusta conjuge.

Imperatores Nomine, Stemate, Symbolô, & Imperij annis cognoscendi.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Protectores.	Imperatores contra Ecclesiam vel aliquid moliti, vel passi.	Imperatores victorijs, triumphis, & pace inita gloriosi.

SECULUM X.

9. Ludovicus *IV.* stemmatis Carolini ultimus. Sym. *Multorũ manus, paucorum consilium.* 11.

10. Conradus Francon. Comes. Sym. *Fortuna cùm blanditur, fallit.* 7.

Stemma Saxonum.

11. Henricus Auceps. Sym. *Tardus ad pœnam, ad præmia velox.* 17.

12. Otto M. Henrici filius. Sym. *Aut mors, aut vita decora.* 36.

13. Otto *II.* Ottonis *I.* fil. Sym. *Pacem cum hominibus, cum vitijs bellum.* 10.

14. Otto *III.* Ottonis *II.* fil. Sym. *Unita virtus valet.* 17.

Conradus *I.* Hunnos Ecclesiæ hostes an. 914. bis profligavit, eripiens eis inter alias urbes Ratisbonam.

Henricus *I.* tributum Hunnis meritò negatum partim pauperibus elargitus est, ob hoc *Pater patriæ* dictus.

Otto *I.* Vandalorum plurimos, quin & Danos & Normannos ad Orthodoxam Ecclesiam perduci curavit; unde Ottonem *I.* C. Baronius *Decus Religionis Christianæ* nuncupavit. Quod tamen alij magis de Henrico patre intelligunt.

Otto *I.* Donationes Romanæ Ecclesiæ factas novô decretô confirmavit. Episcopatum Magdeburgensem, Misnensem & Merseburgensem erexit &c.

Otto *II.* morti proximus bona in quatuor partes dividens, duas partes Ecclesiæ donavit.

Otto *III.* Gregorium V. Pont. æstimavit maximi. Ad sepulchrum D. Adalberti in Poloniam, inde in Italiam, Cassinum, & mox Garganum montes Religionis causâ venit.

Otto M. pravis consilijs seductus, dum res Ecclesiæ componere studuit, magis turbavit, removens è Solio Pontificis Joannem *XII.* legitimum Pontificẽ, cujus proin sedem occupare jussit Romæ Protonotariũ *Leonem VIII.* vocatum. Berengarium verò Pseudo-Imperatorem in Bavariam secum duxit ibidem mortuum.

Conradus Arnulphum Bavariæ Ducem devictum in exilium expulit ad Hunnos, qui ab eodem animati armis repetierunt Germaniam, in eadem bis aut ter licèt victi, nondum tamen penitus domiti.

Henricus *I.* Hunnorum ingentes copias duplici prælio superavit: Burchardum Sueviæ, & Arnulphum Bavariæ Ducem pacis vinculô sibi junxit. Status Imperij adversùs Hunnos excitavit.

Otto *I.* Henricum & Tancwerdum fratres, Ludolphum filium, Eberhardum Bojariæ, Giselbertum Lotharingiæ, Eberhardum alterum Franconiæ, Ladislaum Bohemiæ Duces, nec non Fridericum Moguntiæ, & Rothardum Argentinæ Præsules, & demum Ludovicum V. Franciæ Regem præter hostes alios superavit, Hunnorum prope Augustam Victor gloriosissimus.

Otto *II.* Henricum Bavarum, Boleslaum Bohemum, Haraldum Danum, Henricum Cazinthum, Miesconem Polonum Duces, Moguntinum item, Magdeburgensem & Augustanum Episcopos subegit. Græcorum & Saracenorum postea hostis & victor severissimus.

Otto *III.* Crescentium Romæ Consulem Rebellem, captum asinóque impositum, ac per urbis plateas circumductum, in furcam egit. Saracenos è Campania expulit, Capuam recepit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores Romano in Imperio bellis &c. obnoxij.	Imperatores Nobilium Creatores aut Promotores.	Imperatores Literarum aut Literatorum Mœcenates.	Imperatores Urbium vel Ædificiorum insignium Conditores. Itē alia varia.
Ludovicus *IV.* ab Hunnis in Austriam, Bavariam, Sueviam, Franconiam, Alsatiam & Lotharingiam irruentibus bis victus, ingentem perpessus est cladem; inter occisos numeratus est Leopoldus Austriæ Marchio, Ludovicus belli Dux & 19. nobilissimi Equites Germani. Burchardus dein Suevorum Dux prope Isenacum in Thuringia victoriam amisit, quin ipse Cæsar denuo superatus grande tributum barbaris victoribus promisit. Otto *II.* cum clade repulsus est à Lothario Gallorum Rege; Austrasiam tamen denique recepit Victor Gallorum. Calabriam & Apuliam à Græcis & Saracenis direptas dum recuperare studuit, ab iisdem devicto exercitu, ipse fugatus & captus, beneficiō græcæ linguæ periculum evasit.	Conradus *I.* Burchardum Suevis dedit Ducem Palatinorum, Marchionum, & quorundam Comitum &c. Bona & Jura hæreditaria effecisse fertur: Feudorum non minus inter Germanos author esse perhibetur. Henricum *I.* ut Imperio de Ducibus & militibus promptissimis prospectum foret, Palatinorum, Marchionum & aliorum Nobilium Jura beneficio hæreditatis ampliùs confirmavit eo pacto, ut Primogenitus prælijs præsens adesset. Tres Marchiones scil. Brandeburgicum, Misnensem & Schleswicensem constituit. Patritios in urbibus introduxit; Ludos Equestres adornavit, propositis hanc in rem 12. articulis. Gentilitia familiarum Germanarum insignia fixa ac certa dedit &c. Otto M. quosdam Ducatus & Comitatus more aliorum hæreditatis jure donavit. Idem Hermannum Billinum gubernatorem Saxoniæ & Westphaliæ misit, concedens eidem in Feudum Luneburgicum Ducatum. Otto *III.* Boleslaum Polonorum Principem creavit Regem; quin Gregorio V. consentiens Electoratum Imperij ex parte instituit.	Inter arma hujus seculi perpetuæ plurimùm siluerunt Musæ, unde hanc etiam ob causam dictum est seculum *obscurum, ferreum, plumbeum &c.* Otto *I.* literarum primò rudis, matura demum ætate literis eruditi delideravit. Otto *II.* linguæ latinæ peritus literatos Viros adeò magni æstimavit, ut doctrinam sanguinis splendori longè antehabuerit. Otto *III.* ob ingenij excellentiam, singularem prudentiam, linguarum peritiam, doctrinæ æstimationem & alia dona insignia vocatus est *Mirabilia mundi.* Typographiam hoc seculo à se inventam asseruut & gloriantur Sinæ.	Henricus I. Misenæ Urbis author, urbes multas alias mœnibus nondum bene instructas muris circumdedit, ut Hunnorum impetus deinceps longè facilius evitarentur. Inter eas urbes veniunt Merseburgum, Quedlinburgum, Ratisbona, Dinkelspila, Goslaria & Rotenburgium in Franc. Idem præcepit, ut nundinæ, majora mercimonia, convivia publica & nuptiæ in urbibus & oppidis celebrarentur. Otto M. rogante Editha Conjuge ædificavit Magdeburgum; Coloniam Agrippinam unà cum eodē jure civitatum Imperialiū decoravit. Erfodiam Archi-Episcopo Mogunt. donavit. Otto II. Halam Saxoniæ auxit, & amplissimis privilegijs ornavit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores Nomine, Stemmate, Symbolô & Imperij annis cognoscendi.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Protectores.	Imperatores contra Ecclesiam vel aliquid moliti, vel passi.	Imperatores victorijs, triumphis, & pace inita glorioſi.

SECULUM XI.

15. Henricus II. cognomentô Sanctus, & Claudus, Henrici Aucupis pronepos, Dux Bavariæ. Sym. *Ne quid nimis.* 22.

Stemma Franconum.

16. Conradus II. Salicus Henrici Francon. Ducis fil. Sym. *Omnium mores, tuos imprimis observato.* 14.

17. Henricus III. Niger, Conradi fil. Sym. *Qui litem auffert, execrationem in benedictionem mutat.* 17.

18. Henricus IV. Henrici III. filius. Sym. *Multi multa sciunt, se autem nemo.* 50.

D. Henricus Rom. Pontifici, Episcopis &c. addictissimus donationes Romanæ Ecclesiæ factas ratas habuit; Hungaros & Septentrionis partem magnã Christo adduxit concedens eam ob causam Giselam D. Stephano conjugem; templa passim & monasteria struxit, refecit, dotavit, præsertim Bosiensem in Italia, Misnensem, Hildesiensem, Magdeburgensem, Argentinensem, Merseburgensem & Bambergensem. Imò si Viterbiensi sit fides habenda, *mille templa extruxit.*

Conradus II. Christi Crucifixi imaginem omni ludibriorum generi expositam intuens, Lusatios ludibrij authores gravissimis pœnis castigavit.

Henricus III. causis Ecclesiasticis sese immiscens, pulso legitimo Pontifice Gregorio VI. Suitgerum Bambergæ Episcopum Clementem II. dictum curavit eligi Romanum Præsulem.

Henricus IV. Romanos Pontifices partim armis, partim Pseudo-Pontificibûs dirè vexavit; unde à Gregorio VII. Urbano II. & Paschale III. proscriptus, extra gremium Ecclesiæ mortem oppetiit, annis 5. honestô tumulô privatus.

S. Henricus Bennonem Saxonem, Theodoricum Lotharingum, Hermannum Suevum, Eckardum Thuringum Duces, sceptri æmulos potiùs modestiâ suâ, quàm armis superavit. Hostes alij frater Bruno fratri conciliatus; Henricus Franco est armis victus, Boleslaus Polonus cum Bohemis & Vandalis tributarius factus est. Arduinus in Italia Marchio, & Balduinus Flandriæ Comes Trevirensis Ecclesiæ hostis superati, Græci ex Italia ejecti sunt. Pax cum Roberto Francorum Rege eo successu stabilita, ut inter Imperatores & Franciæ Reges aliquot seculis perduraverit.

Conradus denique electus Cæsar Ernestum Suevorum, Cunonem Francorum & Welfonem Bavarorum Duces suos æmulos superavit. In Italia seditiones compescuit, Parmam flammis subjiciens. Vandalos, Hungaros, Polonos, & Burgundos sibi victorijs perpetuis subjecit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores Romano in Imperio bellis &c. obnoxij.	Imperatores Nobilium Creatores aut Promotores.	Imperatores Literarum aut Literatorum Mœcenates.	Imperatores Urbium vel Ædificiorum insignium Conditores. Itē alia varia.
D. Henricus Ticini excitata noctu seditione, Arduino authore, suô hospitiô pulsus, ac è loco editiori saltu præcipiti desilire coactus, læsit pedem adeò, ut eo ex tempore claudus, *Claudi* nomen adeptus fuerit. Henricus III. à populis Septentrionalibus, quos Luititios Vandalos vocârunt, victus, audito de gravissima suorũ clade nuntiô brevi exspiravit. Henricus IV. ab Imperij Electoribus, quin & à filijs Conrado & Henrico jure desertus, post acceptas clades varias Ingelhemij Cæsaris insignibus est spoliatus.	Henricus II. Hermannum Suevum Ducem, & Balduinum Flandrum Comitem victos priori dignitati restituit. Idem Babonis Aventini Comitis 32. filios varijs feudis & honoribus est prosecutus. Conradus II. post occisum Ernestum, hujus fratrem Hermannum IV. Sueviæ Ducem creavit. Henricus III. post Ottonem II. Comitem Schweinfurtensem Suevis dedit Ducem; dein Rudolphum Reinfeldensem sororium suum dixit Suevorum Ducem invito maximè Bertholdo II. Zeringensi; quem denique Carinthis Ducem misit. Idem verò Fridericum Comitem in Hohenstauffen generũ contra Rudolphum Sueviæ Ducem elegit. Ernestum etiam *Strenuum* Austriæ Marchionem S. R. I. *Priorem nuncupavit.*	D. Henricus D. Wolffgangi Ratisbonæ Episcopi discipulus, dum unà cum virtutibus insignibus literas præclarè didicit, Viros doctos æstimare ac promovere docuit exemplô suô laudatissimo: inter viros eosdem eminuit Piligrimus ex pauperibus parentibus natus, quem ex rurali Parocho Henricus Imperator promoveri curavit ad Electoratum Coloniæ.	D. Henricus præter plurima ædificia sacra tum intra tum extra urbes erecta Bambergæ amplius spatium & ornamentum addidit, præcipuè verò Argentoratum ab Hermanno III. Suevorum Duce magna sui parte destructum, pœnæ & pœnitentiæ causâ jussit restitui. Henricus III. in Saxonia & Thuringia varias arces & propugnacula adversùs grassatores & turbas seditiosas imperavit extrui. Sub hoc Henrico Schaffhusium à D. Benedicti Monachis jam olim inchoatum excrevit in urbem.

Imperatores Nomine, Stemmate, Symbolô & Imperij annis cognoscendi.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Protectores.	Imperatores contra Ecclesiam vel aliquid moliti, vel passi.	Imperatores victorijs, triumphis, & pace inita glorioſi.
SECULUM XII.	Lotharius II. contra Petrum Leonis Pseudo-Pontificem fortiter pugnans Innocentium II. Pontificē Romanum Sedi restituit: Rogerium verô Siculum Anacleto Antipapæ faventem totâ Campania, Calabriâ & Apulia expulit. Jura item Ecclesiæ sarta tectáque servavit, contentus Jure Imperiali & Civili Imperator, quo utiliorem Ecclesiæ, post Carolum M. vix viderunt hactenus secula.	Henricus V. Cæsar creatus mox Pontificem captivum tenuit cum aliquot Cardinalibus & Episcopis, extorquens consensum denique, quo Pontifex Cæsari permisit Jura quæpiam Ecclesiastica, ob metum majoris mali minus eligens: sub finem Imperij tamen sui Henricus Ecclesiæ omnia restituit.	Lotharius II. Conradum Ducem Æmulorum suorum potentissimum strenuè vicit, expugnatâ Longobardiâ & urbibus Augustâ, Ulmâ, Norimbergâ, Spirâ &c. quæ omnes Conrado Duci Sacramentum dixêre damnô suô maximô.
19. Henricus V. Henrici IV. fil. Sym. *Mortem optare malum, timere pejus.* 19.			Idem pluries triumphavit de Siculis, Bohemis, Polonis, Hungaris & Danis.
20. Lotharius II. Saxo Comes. Symb. *Audi & alteram partem.* 12.	Conradus III. ut Ecclesiæ prodesset, *Expeditionem I. sacram* in Orientē adornavit majori sui encomio, quàm emolumentô.	Fridericus Ænobarb. contrarius Hadriano IV. & aliquo tempore Alexandro III. Pontificibus fovit Pseudo-Pontifices Victorem IV. & Paschalem II. ultimis tamen annis suis Fridericus meliora elegit.	Conradus III. Henricum cognomine Superbum Bojariæ Ducem, & hujus fratrem Welfum superavit, quorum ultimus Weinsbergæ an Weissenburgi in Saxonia gravi obsidione pressus eo pacto dedit urbem, ut *fœminarum sexui thesauris suis*, hoc est, *maritis* onusto urbis porta pateret &c.
Stemma Suevorum.			
21. Conradus III. Henrici V. ex sorore nepos, Frider. in Suev. Ducis fil. Sym. *Pauca cum alys, tecum multa.* 14.	Fridericus Ænobarbus Alexandro III. Pont. conciliatus, in Palæstinam duxit exercitum Saladini Tyranni Babylonici victorem; atque hæc fuit *Expeditio II. sacra.*		Hac ætate *Gibelini & Guelfi seu Welfi*, multis fatalia nomina, primò audiri cæperunt.
22. Fridericus Ænobarbus Conradi III. nepos. Sym. *Qui nescit dissimulare, nescit imperare.* 38.	Henricus II. *Expeditionem III.* in Palæstinam instituit.		Fridericus Ænobarbus Italiæ *Malleus* vocatus, septies valido stipatus exercitu venit in Italiam, sexies victor, Mediolani & aliarum in Italia urbium eversor.
23. Henricus VI. Ænobarbi fil. Symb. *Qui nescit facere, nescit loqui.* 7.			Henricus VI. Italos & Siculos seditiosos diversis præliis superatos durissimis modis habuit, ideo *Asper* vocatus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores Romano in Imperio bellis &c. obnoxij.	Imperatores Nobilium Creatores aut Promotores.	Imperatores Literarum aut Literatorum Mœcenates.	Imperatores Urbium vel Ædificiorum insignium Conditores. Itē alia varia.
Henricus V. à Boleslao Polonorum Rege prope Uratislaviam victus, ingentem suorum cladem ægerrimo tulit animô. Cladem alteram gravissimam Henrico inflixerunt victores Saxones. Conradus III. in Oriente Græcorum fraudibus, & perfidiâ circumventus, nec non commilitonum suorum dissidiis impeditus, ingentem sitorum cladem pertulit. Fridericus Ænobarbus navali prælio à Venetis victus, ansam dedit lætis nuptijs, quibus Veneti mare Adriaticum immisso in aquas annulô sibi desponderе cæperunt, more etiam posteris observando.	Lotharius II. Henricum X. Bavariæ Dominum, creavit Inferioris Saxoniæ Ducem. Conradus III. post Henricum Superbum Herbipoli Banno Imperij subjectum, Leopoldum Largum Austriæ Marchionem Bavariæ, Albertum verò Brandeburgicum Saxoniæ præfecit Duces. Idem Conradum Zeringensem Regni Arelatensis constituit Pro-Regem, ùt vocant. Fridericus Henrico Leoni Henrici Superbi filio restituit Inferiorem Saxoniam & Superiorem Bavariam, partem Bavariæ inter Oenum & Anasum sitã Marchioni Austriæ *Jasomirgott* concedens. Huic præter insignia privilegia *Ducis titulum* fecit proprium, extincto Marchionis nomine. Idem Uladislaum II. Bohemorum constituit Regē, Bohemorum insignibus aquilæ locô effigies Leonis inserta est cum cauda duplici. Ob fortitudinem etiam à Leopoldo Austriæ Duce in Palæstina exhibitam scutum gentilitium rubrum albô fuit distinctum.	Lotharius II. Virorum doctorum, præsertim verò D. Bernardi æstimator insignis, Romanas leges in Apulia repertas luci & scholis publicis denuo restituit; hinc Wernerus *Lucerna Juris* dictus, magnô Justitiæ bono cæpit publicè exponere Codicem Justinianeum. Fridericus I. juventuti literariæ varia concessit privilegia, delectatus ipse multùm literis: unde Ottoni Frisingensi suum Chronicum ad Cæsarem mittenti hunc in modum respondit: *Chronica tua transmissa ingenti cum gaudio suscepimus, & post bellicos sudores interdum delectari in his, & per magnifica Imperatorum gesta ac virtutes informari peroptamus.*	Lotharius II. Norimbergam, Augustam Vindelicorum, Ulmam, Nördlingam machinis & incendiô expugnatas atque vastatas reficere cæpit, Conradus verò III. & Fridericus Ænorbarbus easdem perfecerunt. Idem Conradus *III.* introduxit Judicium seu Tribunal Rottwilanum in Suevia. Leopoldus Virtuosus Viennam Austriæ, olim Vindobonam vocatam, sed solo æquatam, inde autem ædificatam denuo, & Viennam dictam mœnibus circumdedit. Mediolanum à Friderico Ænobarbo funditus eversum surrexit suis è pulveribus, item Cremona & Placentia: urbes verò in Germania sunt restitutæ ab eodem. Erectæ sunt hoc seculo à Ducibus Zeringensibus Friburgum in Brisgoja, item Friburgum alterum & Berna in Helvetia.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores Nomine, Stemate, Symbolo, & Imperij annis cognoscendi.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Protectores.	Imperatores contra Ecclesiam vel aliquid moliti, vel passi.	Imperatores victorijs, triumphis, & pace inita glorioſi.

SECULUM XIII.

24. Philipp. Henrici *VI.* frat. Sym. *Satius est recurrere, quàm malè currere.* 8.

25. Otto *IV.* Henrici Leonis Bav. fil. Sym. *Anser strepit inter olores.* 6.

26. Fridericus *II.* Henr. *VI.* fil. Sym. *Minarum strepitus, asinorum crepitus.* 36.

27. Conrad. *IV.* Frid. *II.* fil. Sym. *Sapientis est, cùm optimè possit, nolle nocere.* 4.

Wilhelm. Holland. Com.
Alphonsus Sapiens, Rex Hispaniæ.
Richardus Rex Angliæ, nomine potiùs, quàm re fuerunt Imperatores.

Interregnum 22. annorum.

28. Rudolphus *I.* Habspurgicus. Sym. *Melius est bene imperare, quàm Imperium ampliare.* 18.

29. Adolphus Nassov. Sym. *Præstat vir sine pecunia, quam pecunia sine viro.* 7.

Post ingentes procellas & tempestates Ecclesiæ universæ toleratas tandem Rudolphus I. recreavit Romanos Pontifices, post Concilium Lugdunense cum Gregorio X. Pont. Lausannæ collocutus, res momenti maximi transegit, eam ob rem Rudolphus Henricum IV. Suevum Episcopum Basileensem, creatum dein Archi-Episcopum Moguntinum in Italiam misit, ut in favorem Ecclesiæ res arduas moliretur.

Idem Monasteria complura erexit post reportatas plerumque de hostibus victorias, quas Christo Crucifixo grati animi ergò adscripsit, cujus in honorem diem Veneris præ diebus cæteris sibi sacratiorem constanter fecit.

Otto IV. ab Innocentio Summo Pontifice coronatus Imperator, licèt Ecclesiæ dictò Sacramentò promiserit prospera omnia, nihilominus contempta omnis juramenti religione Ecclesiæ bona, & jura invasit, anathemate propterea remotus à cœtu fidelium.

Fridericus II. Romanorum Pontificum hostis inter Imperatores Orthodoxos vix non maximus, Hierosolymâ captâ cum Ægypti Sultano pactus est decennales inducias Christianæ reipublicæ parùm decoras. Honorius III. Gregorius IX. & Innocentius IV. fuêre, quos armis ter quatérve petens toties est fulmine Romano percussus.

Philippus Ottonem IV. uno alteróve insigni prælio superatum, pacis & affinitatis nexu junxit sibi, concedens victo Beatricem filiam in Conjugem.

Fridericus II. susceptа expeditione sacra pro redimendis in Oriente Provincijs, Ægypti Sultanum superavit. Victorijs alijs triumphos mereri potuisset, si pro Ecclesia potiùs, quàm contra eandem certâsset.

Rudolphus Habspurgicus, profectò Heros togâ & sagò illustrissimus in 14. prælijs victor extitit tum ante, tum post conscensum Imperij Solium. Inter principes hostes suos numeravit Ottocarum Bohemorum Regem, superbum Contemptorem Romani Imperij & Imperatoris Rudolphi. Minores, etsi hostes validi, fuêre Itali, Austriaci seditiosi, Hungari Styriæ Ducatum rapientes; Prussi Ottocaro Regi obedientiam negantes; Episcopus Basileensis Bertholdus II. Abbas ad S. Gallum, Comes de Regensperg, Hugo de Tieffenstein &c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores Romano in Imperio bellis &c. obnoxij.	Imperatores Nobilium Creatores aut Promotores.	Imperatores Literarum aut Literatorum Mœcenates.	Imperatores Urbium vel Ædificiorum insignium Conditores. Itē alia varia.
Otto IV. à Philippo Imperatore, & Philippo altero Gallorum Rege, nec non Friderico II. successore suo victus, toties ferè passus est cladem, quoties pugnavit. Adolphus Nassovienſis Virorum Principum & Electorum in Imperio monita contemnens, iisque maximè invitis ab Eduardo Anglorum Rege stipendia militaria accipiens, nec non Thuringiæ Duces simul fratres bellis vix justis vexans, ab Imperij Electoribus deponitur, ab Alberto Habspurgico in pugna superatur & occiditur.	Fridericus II. Austriæ Duces creavit Imperii Archi Duces, facta eisdem potestate, superaddendi Crucē auream alteram capitis ornamento. Idem Principes Brunsuicenses, & Luneburgicos Henrici Leonis Saxonis hostes prærogativâ Ducum insignivit eo pacto, ut Saxoniæ juxta & nomina deinceps missa facerent. Idem in Germania Nobilium auxit numerum, ut contra Romanos Pontifices & Viros Principes Imperij sibi contrarios nanciscerentur commilitones plures. Rudolphus I. filios Albertum Austriæ Archi-Ducem, Rudolphum verò Sueviæ Ducem constituit.	Fridericus II. linguæ Latinæ, Græcæ, Gallicæ & Orientalium, quin & literarum valde peritus, ut æmularetur, aut potiùs superaret Fridericum I. avū; Viennenſem, Neapolitanam, Patavinam & Perusianam Academias erexit. Idem Aristotelem & Galenum ex lingua Arabica in Latinam transferri curavit. Alphonsus sapiens S. Codicem quater & decies legendo absolvisse dicitur. Idem insignis Astronomus conscripsit tabulas, dictas Alphonsinas.	Fridericus II. partim condidit, partim ædificiis auxit Fridbergam, Biberacum, Eslingam, Reütlingam, Dinkelspilam in Suevia; Cæsaris montē, Colmariam & Schletstadium in Alsatia. Conradinus Conradi IV. Imp. filius Suevorum eo tempore Dux ultimus Lauingam, Dona Werdam, imò Palatinatum superiorem totum Palatinis Ducibus vendidisse fertur, ut haberet aurum adversùs hostes necessariū in Italia. Bertholdus V. Dux Zeringenſis Bernam & Friburgum Helvetiæ subjecit Imperio Romano an. 1218. Rudolphus Habspurgicus Reütlingam, Wezlariam, Landaviam &c. inter Imperij urbes numeravit, Augustam, Kauffburam, Gengenbachium aliásque urbes privilegiis munivit. Uberlinga olim Suevorum Ducum sedes, circa annum 1267. tempore Interregni semet Imperij urbibus sociavit, & seculis subsequentibus contra Imperij hostes, præsertim Suecos pugnans, nobilitata est multis privilegiis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores Nomine, Stemate, Symbolô, & Imperij annis cognoscendi.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Protectores.	Imperatores contra Ecclesiam vel aliquid moliti, vel passi.	Imperatores victorijs, triumphis, & pace initâ glorioſi.
SECULUM XIV.	Albertus I. Ecclesiæ Jura & Bona à prioribus Imperatoribus Pontifici asserta etiam confirmavit Virorum Ecclesiasticorum ardens Amator.	Ludovicus Bavarus à pravis Consiliarijs inflammatus, Petrum Corvaram, ordine Sacerdotem, dixit Pseudo-Pontificem; ob hanc verò & causas alias à Joanne XXII. Benedicto XII. & Clemente VI. anathemate percussus appellavit ad Concilium.	Albertus I. partim Austriæ Archidux, partim Imperator undecies hostium suorum victor triumphavit: eos inter hostes præcipui erant Adolphus Imperator, Ottocarus Bohemorum Rex, Gerardus Elector Moguntinus, Duces Thuringiæ & Misniæ, Comes Pfirtensis, Archi-Episcopus Salisburgensis &c.
30. Albertus I. Rudolphi fil. Symb. *Quod optimum, idem jucundissimum.* 10.	Henricus VII. virtutibus maximè conspicuus Ecclesiæ pacem in primis numeravit delicijs.	Wenceslaus flagitijs totus immersus, Tyrannidi, Wicleffianæ, simûlque Hussianæ hæresi, schismati difficillimo & ignorantiæ crassæ aperuit campum damnô Ecclesiæ sanè maximo: inter insontes, fontium tamen more punitos eminuerunt D. Joannes Nepomucenus Martyr & Imperatrix Joanna Alberti senioris in Bavaria Ducis filia ex mærore sancto mortua.	Henricus VII. seditioſos Italos sibi subjecit, urbibus nonnullis in fidem receptis Brixiam solo æquavit. Devicto Henrico Carinthiæ Duce Joannem filium suum Bohemis misit Regem; Eberhardum verò Wirtenbergicum post 77. expugnatas arces carceri perpetuo mancipavit.
31. Henricus VII. Luxenburgicus. Symb. *Calix vitæ, calix mortis.* 5.	Fridericus Pulcher à Pontificibus constanter stetit, Pontifices à Friderico.		Ludovicus Bavarus multorum hostium victor Fridericum etiam Austriacum & fratrem suum Rudolphum cum socijs prope Müldorffiũ in Bavaria devicit.
32. Fridericus Pulcher Alberti I. fil. Symb. *Morte beata, nihil beatius.* 7. unà cum vel potiùs contra Ludovicum.	Ludovicus Bavarus etsi à Pontificibus Romanis dissideret, Bavariam tamen multis templis & Monasteriis exornavit, facilè 30. nobilissimorum ædificiorum sacrorum author.		Carolum dein Luxenburgic. Joannis Bohemorum Regis filium creatum contra se Cæsarem superavit per filios Ludovicum & Stephanum.
33. Ludovicus V. Bav. Symb. *Sola bona quæ honesta.* 33.	Carolus IV. Urbano V. Pont. singularem honorem exhibuit ducens Augusta manu equum Pontificium.		
34. Carolus IV. Bohem. Sym. *Optimum aliena insaniâ frui.* 32.	Idem Pragensi Ecclesiæ Archi-Episcopum I. præfici curavit: cœnobia & templa plura vel funditus erexit, vel jam erecta ditavit aut dotavit.		
35. Wenceslaus fil. Caroli IV. Sym. *Morosophi moriones pessimi.* 22.			

Imperatores Romano in Imperio bellis &c. obnoxij.	Imperatores Nobilium Creatores aut Promotores.	Imperatores Literarum aut Literatorum Mœcenates.	Imperatores Urbium vel Ædificiorum insignium Conditores. Itē alia varia.
Albertus I. in Misnia & Thuringia clades patitur. Helveti fœdus suum pangere incipiuut. Wenceslaus nomine & munere Imperatoris indignissimus Imperium Romanum vix non penitus pessumdedit, domi foribúsque noxa & noxius, unde *Sus Impery* à nonnullis, ab alijs *Imperatorum probrum*, ab alijs denique *Occidentis Copronymus* est vocatus, eò quòd & aquas baptismales, & die coronationis suæ in Bohemorum Regem Altare commacularit, haud simplici omine multorum enormiū scelerum, quæ inter luctus Imperij maximos patravit, post se trahens Ziscam, Procopium & Tyrannos alios vix expugnabiles.	Henricus VII. Austriacis Fridericum Pulchrum Archi-Ducem, Suevis verò Leopoldum glorioſum Ducem confirmavit ob præstitum auxilium in Italia. Ludovicus Bavarus post finitas pugnas & lites Fridericum Pulchrum Austriæ Archi-Ducem honoravit. Ludovicum Brandeburgicum Electorem creavit; Comites Geldriæ & Henebergicum Duces dixit. Carolus IV. Comites Luxenburgicos & Marchiones Juliacenses inter Duces numeravit. Electorum etiam in Imperio Jura non absque Cæsarum præjudicio ampliavit. Wenceslao filio biennium nondum egresso coronam Bohemiæ imposuit, eidem coronam Imperij aurea Electorum corruptione coemit.	Ludovicus Bavarus adolescens à fratre Rudolpho duriùs habitus, háncque ob causam missus Viennā literis & moribus optimis fuit instructus, unde Cæsar electus Viros doctos permagni æstimavit. Carolus IV. linguæ Latinæ, Germanicæ, Italicæ, Gallicæ & Bohemicæ peritus, Doctores quosvis magno in pretio habuit, præsertim verò Bartholum Italum quem *Juris lucernam, & cæcorum Ducem* appellavit. Idem instituit Academiā Heidelbergensem & Pragensem. Auream quoque Bullam eligendorum Cæsarum regulam ad turbas in electionibus deinceps evitandas Imperij Statibus persuasit.	Ludovicus Bavarus Monachium ab Henrico Leone ædificatam dimidia sui parte ampliavit. Privilegia à Friderico *III.* urbibus concessa habuit rata. Carolus IV. instar Octaviani Augusti gloriatus est, se quidem non Romam, bene tamen *Pragam marmoream feciſſe, quam lateritiam accepiſſet.* Idē sedecim civitates vicinis Principibus vendidisse scribitur in Bohemiæ, non verò in Imperij emolumentum, quæ tamen urbes illæ sint, haud liquet. Non minùs Germaniæ, quàm Italiæ urbibus variis libertatem aurò vendidisse traditur: inter eas Germaniæ urbes numerantur Magdeburgum, Francofurtum, Nördlinga &c. Friburgum Bris. volentibus ipsis civibus, Austriæ Archi-Ducibus est subjectum & privilegiis ab iis donatum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores Nomine, Stemmate, Symbolô, & Imperij annîs cognoscendi.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Protectores.	Imperatores contra Ecclesiam vel aliquid moliti, vel passi.	Imperatores victorijs, triumphis, & pace inita glorioſi.
SECULUM XV. 36. Rupertus Palatinus. Sym. *Miseria res digna misericordiâ.* 10. 37. Sigismundus Caroli IV. fil. *II.* Sym. *Sic cedunt munera fatis.* 26. Stemma Austriacum solum. 38. Albertus *II.* Alberti inter Archiduces IV. fil. Sigismundi gener. Sym. *Amicus optima vitæ possessio.* 1. 39. Fridericus IV. Ernesti Archiducis fil. Sym. *Austria erit in orbe ultima.* 53. 40. Maximilianus Friderici fil. Sym. *Tene mensuram, & respice finem.* 25.	Rupertus à Bonifacio IX. Pont. in Italiam vocatus venit cum exercitu contra Galeacium Mediolanensium supremum Principem, ut Ecclesiam & Italiam universam malis liberaret. Sigismundus Concilio Constantiensi singularem navavit operam, in quo sublatum est schisma difficillimũ, & condemnati Hæretici Joañ. Huss, Hieronym. Pragens. & socij. Idem Concilio Basileensi congregando strenuè invigilavit. Albertus *II.* Religioni conservandæ & promovendæ quoad potuit, studuit, solitus etiam cum Viris Religiosis Psalmos concinere; unde à noñullis *Monachus* est dictus. Fridericus à Nicolao V. cum quo Germaniæ Concordata inijt, *Filius charissimus & S. Imperij decus* fuit appellatus. Maximilianus Orthodoxæ Religionis Assertor constantissimus in agone hæc verba dixit: *Renuntiate Carolo & Ferdinando nepotibus meis, ut majorum insistentes vestigiis Fidem Catholicam à Germanis hactenus cultam adversus novorum dogmatum authores etiam cum vitæ periculo defendant.*	Ecclesia gravissimum damnum patitur translatâ non solùm in Bohemiam ex Anglia sectâ Wicleffianâ &c sed eadem etiam passim in Germaniam universam irrumpente, incassum multis in partibus contranitente Sigismundo Imperatore. Maximilianus I. præsagiit jam, & jam perferrè cæpit ingens Ecclesiæ damnum à Lutheri & sociorum defensoribus viris Imperij Principibus eidem Ecclesiæ illatum.	Rupertus salutis publicæ studioſissimus Imperator, collapsum Imperium magna ex parte erexit, plus efficiens prudentiâ suâ, quàm armorum potentiâ. Albertus II. Imperator magnanimus brevi temporis intervallô debellavit Moravos; attrivit Hussitas, intra suos fines repulit Polonos, Turcas denique Hungariam infestantes solo ferè adventu suo fugavit, Heros longiori vitâ, Imperio & coronîs suis regiis dignissimus, *Mirabilia mundi* ob insignes dotes & facinora cognominatus. Fridericus bella ab Austriacis authore fratre Alberto, item à Bohemis, Gallis, Hungaris & Burgundis illata perpessus, plerumque si non victor evasit, pacem tamen si non invenit, finitis brevi bellis *Imperator pacificus* Regnis & Provincijs invexit. Maximilianus hostes Flandros, Frisones, Hungaros, Venetos & Gallos partim armîs, partim concordiâ pacis superavit, aut sibi devinxit; ipse crebrò officiô Ducis, & gregarij functus in fronte exercitûs pugnavit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores Romano in Imperio bellis &c. obnoxij.	Imperatores Nobilium Creatores aut Promotores.	Imperatores Literarum aut Literatorum Mœcenates.	Imperatores Urbium vel Ædificiorum insignium Conditores. Itē alia varia.
Rupertus à Florentinis adversus Galeacium Mediolani Regulum invitatus, rem gessit minùs feliciter. Sigismundus contra Bohemos rebelles, & dein Mahumetanos in aciem egressus, vix semel vicit, victus perpetuò á Ziscka seditiosorum Duce, qui 550. partim Collegiatas Ecclesias, ùt vocant, partim Monasteria solo æquavit. Fridericus à multis per annos Imperij 53. hostibus haud unam duntaxat clademem accepit, præsertim verò à Mathia Hungarorum Rege Joañis Hunniadis filio, qui Viennam ipsam expugnavit. Sub Maximiliano Poloni notabilem Prussiæ partem Imperio subduxerunt &c.	Sigismundus Fridericum ex stemmate Hohenzolleriano antiquissimo natum creavit Electorem Brandeburgicum. Fridecum alterum Misniæ Marchionem post extinctum Ascaniorum stemma dixit Saxoniæ Electorem: Francis. Gonzagam verò Marchionem Mantuæ &c. Fridericus Imper. feuda Imperij longo tempore confusa in Conventu Aschaffenburgico, novo ordine & claritate donavit. Comitem Christiernum Delmenhorstium Holsatiæ creavit Ducem. Saxoniæ verò Ducibus Jus hæreditatis in Ducatus Juliacensem, Clivensem & Montensem concessit. Maximilianus I. Albertum Animosum Frisiæ, Eberhardum Barbatum Wirtenbergiæ creavit Comites: Fuggeros Augustanos prædivites cives Nobilium insignibus ornavit, à Successoribus dein identidem magis honoratos. Idē Fricum Brunsuicensem Ducem, quòd Cæsarem prope Ratisbonam vitæ periculò liberâsset, dixit Rom. Imperij Equitem &c.	Rupertus Imp. ob juris & justitiæ partim notitiā, partim observationem dictus est Rupertus *Justus & Justinianus*. Idē ob literarum amorem *Musarum columen* est vocatus. Sigismundus sex callens linguas Viros literatos adhibuit mensæ socios, eosdem Nobilibus sanguine solitus anteferre; cùm Basileæ Georgium Fiscellum Juris-Consultum Nobilium honore pararet ornare, is verò accederet ad sagò ornatos, non verò togatos, *stultam* electionem vocavit. Albertus *II.* inter Viros doctos educatus præceptores suos sum̄è amavit; unde Andream Blankium in excelso Nobilium gradu constituit. Fridericus artibus liberalibus, & herbarum notitiâ instructissimus, profanæ scientiæ addidit sacram, qua SS. Biblia decies quater legendo absolvisse scribitur. Maximilianus quinque linguarum peritiâ instructus eruditos amore & honore est complexus; Poesin, Historiam, Genealogiam, Mathesin & Philosophiam promovit &c.	Rupertus Offenburgum jam an. 600. extructum Imperij urbibus aũumeravit. Sigismundus privilegia à patre Carolo Augustæ Vindelicorum data confirmavit & auxit. Fridericus IV. fœdus Suevorum variis encomiis & privilegiis animavit & promovit. Typographiā vel Argentorati vel Moguntiæ à Germanis primò institutam commendavit &c. Maximilianus I. Tribunal Camerale confirmavit Spiræ; Fœdus Suevicum laudavit; Landavium elocatum Imperio restituit; Wormatiam Episcopo suo repugnantem eidē magna ex parte subjecit; Augustæ Vind. auxit privilegia; Leutkirchio vectigalia remisit; Reutlingæ jus asyli concessit perpetuum. Idem an. 1500. instituit sex Imperij Circulos, quibus an. 1512. adjecit quatuor alios, scilicet Austriacum, Burgundicum, Rhenanum inferiorem, & Saxonicum superiorem.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores Nomine, Stemate, Symbolô & Imperij annîs cognoscendi.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Protectores.	Imperatores contra Ecclesiam vel aliquid moliti, vel passi.	Imperatores victoriis, triumphis, & pace inita glorioſi.
SECULUM XVI.	Carolus V. protestantes in Germania Principes quà pacis concordiâ, quà armorum potentiâ conciliare Ecclesiæ seriò laboravit. Concilio Tridentino fortiter adstitit; Ecclesiam per Germaniæ, Italiæ, Hispaniæ, quin etiam Africæ & Americæ Provincias conservare & promovere nunquam non studuit; author simul exstitit complurium monasteriorum & templorum, quin in Regno Peruano urbes magnô numerô extructas Christo dicavit.	Roma capta & spoliata authore Borbonio à Gallorum Rege Francisco I. ad Cæsarem transfuga.	Carolus V. in Germania Germanorum præsertim Protestantium, in Italia Italorum & Gallorum, in Hispania Hispanorum, in Belgio Belgarum, in Austria & Hungaria Turcarum, in Africa Tunetanorum victor toto terrarum orbe notissimus, captivos duxit Franciscum I. Francorũ Regem, Joannem Saxoniæ Electorem & Philippum Hassiæ Ducem. Tandem stupentibus cunctis de se triumphavit, abdicans se Imperio & regnis, postquam plurimas in se expeditiones suscepit, scilicet duas in Africam, duas in Angliam, quatuor in Galliam, septem in Italiam, novem in Germaniam, decem in Belgium; prælia insuper iniit supra septuaginta &c.
41. Carolus V. Maximiliani ex Philippo fil. nepos. Symb. *Plus ultrà.* 38.	Ferdinandus I. Bohemiæ & Hungariæ Rex.	Pax & Confessio Augustana à Viris Principibus Luthero & Calvino devotis extorta.	Ferdinandus I. civiles motus sine civiũ sanguine composuit; Vaivoda Transylvanum Hungariæ invasorem repulit; Solymannum Viennam obsidione prementẽ fugavit.
42. Ferdinandus I. Caroli V. frater. Sim. *Fiat Justitia, pereat mundus.* 8.	Carolus V. protestantes in Germania Principes quà pacis concordiâ, quà armorum potentiâ conciliare Ecclesiæ serio laboravit. Concilio Tridentino fortiter adstitit; Ecclesiam per Germaniæ, Italiæ, Hispaniæ, quin etiam Africæ & Americæ Provincias conservare & promovere nunquam non studuit; author simul exstitit complurium monasteriorum & templorum, quin in Regno Peruano urbes magnô numerô extructas Christo dicavit.	Transactio Passaviensis permissa, cui potiùs lachrymîs quam literîs subscripsit nomen suum Ferdinandus I.	Maximilianus sedition. Krumbachianam coercuit; Fridericum Saxonem ejus seditionis fautorem Viennam perducens: Sigismundum Transylvanum tota Hungaria exegit &c.
43. Maximilianus *II.* Ferdinandi *I.* fil. Sym. *Dominus providebit.* 12.	Ferdinandus *I.* Biblia à Lutheranis corrupta Vulcano consecravit. Societatem Jesu contra Novatores in suppetias vocavit; varia monasteria & collegia ædificavit.	Maximilianus *II.* Austriacis libertatem Religionis ùt vocant, haud negavit.	Rudolph. *II.* cum Achmete *I.* inducias iniit.
44. Rudolphus *II.* fil. Maximiliani *II.* Sym. *Omnia ex voluntate DEI.* 35.	Rudolphus *II.* Gebhardum Coloniæ Septemvirum Lutheri placita sequentem Electoratu exuit: Aquenses à novitatib⁹ absterruit; Cremsiô expulit Acatholicos.	Rudolphus *II.* *Literas Majestatis* dictas denique Bohemis & Silesiis, quamvis ægerrimè, tradi permisit.	

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores Romano in Imperio bellis &c. obnoxij.	Imperatores Nobilium Createres aut Promotores.	Imperatores Literarum aut Literatorum Mœcenates.	Imperatores Urbium vel Ædificiorum insignium Conditores. Itē alia varia.
Carolus V. à Mauritio Septemviro Saxone arma contra Cæsarem vertente Oenipontō fugatur; Imperium totum vix unquam majori tumultu turbatur, pro aris & focis ferocissimè pugnantibus cunctis. Ferdinandus post Viennam obsidione Turcarum liberatam, partim copiarum paucitate summas in angustias redigitur, unde haud modicas clades patitur, amittit Transylvaniam, minùs lætas cum Solymano init inducias.	Carolus V. Friderico Electori Palatino Turcas Viennâ inter Duces alios strenuos pellenti, copiam fecit insignibus suis inserendi pomum aureum. Idem exauthorato Joanne Friderico Protestantium capite, Mauritium ex linea Albertina natum, Saxoniæ creavit Electorem. Ferdinandus I. Ulricum à Suevis fœdere junctis, simúlque suismet subditis victum & fugatum, Ducis honore denuo insignivit ea lege, ut Ducatus Wirtenbergicus deinceps esset feudum Austriaci Archi-Ducis, & deficiente hærede masculo succederent ijdem Archi-Duces. Maximilianus II Comitem Joannem de Aremberg creavit Imperij Principem; honorem æqualem à Rudolpho II. accepit Carolus Philippus Comes de Croy.	Ferdinandus I. aulam suam in scholam crebrò convertisse fertur. Academiam Pragensem restituit: Viennensem privilegijs amplioribus decoravit. Poetas etiam præmio indignos, præmiis tamen donavit ea tamen lege, ne deinceps turpia scriberent: Venatorum cuidā virorum doctorum osori respondit, *Imperatorem venatoribus benè, non verò virîs doctîs posse carere.* Item *malle se gemmas perdere, quam literas nescire.* Maximilianus II. septem linguarum intelligens, teste Lipsio *eruditos plures domi suæ aluit, quam reliquorum Regum tota regna.* Rudolphus II. Astronomiæ & literarum aliarum amantissimus Tychonem Brahe & Joannem Keplerum Mathematicos secum servavit; author ipse extitit *Tabularum*, quas *Rudolphinas* vocant. Calendarium Gregorianum Romano Imperio commendavit.	Carolus V. fœdus inter urbes Hanseaticas numero facilè 70. graves ob causas magna ex parte destruxit; fœdus verò Suevorum aliquo tempore conservavit; Halam Sueviæ, Memingam, Landavium &c. privilegiis donavit: Constantiam verò Imperij privilegiis privavit. Patritios Augustanos potissimam partem morte extinctos. 41. Patritiis novis auxit, quibus denuo diminutis superaddidit Ferdinandus III. 1617. quatuordecim familias Secul. XVII. In America 40. urbes ædificavit, quod nonnulli de solo regno Peruano affirmant. Pulvis nitratus jam an. 1380. à Bertholdo Nigro Germano, Monacho, ut ajunt, ex Ord. D. Francisci, vel primò vel denuo inventus, hoc seculo usu & sui experientiâ variè perficitur. Rudolphus II. Aquisgranum seditiosum Imperij Banno subjecit: Donawerdam Maximiliano I. Bavaro subigendam dedit & possidendam.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores Nomine, Stemmate, Symbolo & Imperij annis cognoscendi.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Protectores.	Imperatores contra Ecclesiam vel aliquid moliti, vel passi.	Imperatores victorijs, triumphis, & pace inita glorioſi.
SECUL. XVII.	Mathias Austriacis Religionis arbitrium adimere, pacem Catholicos inter & Acatholicos conciliare, multùm, sed tamen incassum laboravit.	Protestantes sub Mathia Norimbergæ & Heilbrunnæ inita fœdera confirmârunt, extorquentes simul confirmationem privilegij, quod *Literas Majestatis* appellarunt.	Mathias expugnans Novigradum & Petrinam, aliáque munimenta per Hungariam, huic vicinas Provincias expugnavit; inde verò cum Mahumetanis inducias pepigit.
45. Mathias Rudolphi *II.* frater. Sym. *Concordi lumine major.* 7.	Ferdinandus II. Lauretum profectus votô se obstrinxit contraveniendi constanter Heterodoxis, quod non verbô magis quàm opere præstitit. Templa, Paræcias, & Collegia erexit plurima: Episcopatus varios ditavit. Nihil denique omisit, quod in Christianissimo Imperatore posset desiderari: unde centies centena hominum millia ad Ecclesiam Rom. reduxisse scribitur.	Tempore Ferdinandi II. Ecclesia crudelem in modum est vexata in Imperio Rom. à multis iisque potentissimis Pontificum hostibus.	Ferdinandus *II.* ad pugnas provocatus à Bohemis, Austriacis, Venetis, Suecis, Gallis, Anglis, Danis, Hungaris, Transylvanis &c. longè plures numeravit victorias, quàm clades; inclaruerunt enim palmis Cæsarei Duces Maximil. I. Bavarus, Egon Fürstenbergicus, Tillius, Pappenhemius, Tampierius, Bucquoius, Werthius &c. Victi verò sunt Fridericus Palatinus, Turrenius, Bethlem Gabor, Fridericus Marchio Bad. Durlacens. Christianus Dux Brunsuic. Mauritius Hassiæ Landrav. Christian. Danorum Rex, Christian. Wilhelm. Marchio Brandenburg. Cecidit in pugna Lucensi Suecorum Rex Gustavus.
46. Ferdinandus *II.* Caroli Archiducis fil. Sym. *Legitimè certantibus.* 18.		An. 1648. inita est partim Monasterij, partim Osnabrugæ *Pax* dicta *Westphalica* Ecclesiæ haud una in re tantùm noxia: unde eidem constanter contradixêre Innocentius X. & Successores Pontifices.	
47. Ferdinandus *III.* Ferdinandi *II.* fil. Symb. *Pietate & Justitia.* 19.	Ferdinandus *III.* Sectariorum reliquias in Provincijs hæreditarijs extinxit; Deum Eucharisticum die ejusdem solenni etiã in castris prope Ratisbonam positis, inter totius exercitus applausum comitatus est: per Austriam &c. ritu solemniori celebrari curavit diem *Festum Deiparæ Immaculatæ*, cujus honori triumphalem colossum Viennæ in foro aulico posuit; templorum, & Religiosarũ domuum Fundator extitit multarũ.		Ferdinandus *III.* relictos à parte hostes cum hæreditate nactus, supremus ipse exercitûs Dux Ratisbonam expugnavit, dein Nördlingam cæsis duodecim, captis verò sex Suecorum millibus superavit; mox igitur liberata est Suevia, Franconia, Bavaria, Alsatia, imò Germania universa post feralis bellonæ anos 30. amicæ pacis fructibus denuo frui cæpit.
48. Leopoldus M. Ferdinandi *III.* fil. Symb. *Consiliô & industriâ.* 47.	Leopoldus M. Ecclesiæ & Imperio Romano datus à Superis Imperator, utrumque virtutibus verè Augustis ornavit, exemplô suô pertrahens multos virorum etiam Principum ad Romanæ Ecclesiæ gremium. Hungariæ magna ex parte restituit Fidei Orthodoxæ lumen post extinctas Rebellium turmas: par beneficium Silesiæ, Bohemiæ &c. contulit. Cum septem omnino Romanis Pont. perpetuam pacem coluit, ab Innocentio præsertim XI. Pontifice sanctissimo maximi æstimatus.		Leopoldus M. cum Gallis triplici bello implicitus, partim Victor, partim victus iniit pacem an. 1679. Noviomagi. Dein. an. 1697. Rüswickij. Bello tertio immortuus est. Contra Turcas triumphavit primò ad S. Gothardum an. 1664. Secundò post Viennensis obsidionis solutionẽ haud procul Vienna an. 1683. quam victoriam multæ aliæ sunt secutæ sub victoribus Joanne *III.* Polonorum Rege, Maximiliano *II.* Bavaro, Joan. Georgio Saxone Electoribus, Carolo Lotharingiæ Duce, Ernesto Comite Starnbergico, Ludovico Marchione Badensi, Eugenio Duce Sabaudo &c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores Romano in Imperio bellis &c. obnoxij.	Imperatores Nobilium Creatores aut Promotores.	Imperatores Literarum aut Literatorum Mœcenates.	Imperatores Urbium vel Ædificiorum insignium Conditores. Itē alia varia.
Ferdinandus II. à tā multis petitus hostibus, passus est clades haud exiguas, amittens simul maximi nominis Duces: Tillius námque prope Lipsiam à Suecis & Saxonibus victus, dein ad Lycum amnem lethaliter vulneratus, Ingolstadij est sepultus: Wallensteinius prope Lucenam victus, Papenheimius lethali vulnere fauciatus, succubuit; inde Romanum imperium ab hostibus occupatum, spoliatum, flammis magna ex parte subjectum, funeribus totum impletum. Sub Ferdinando III. Cæsarei vincuntur prope Rheinfeldam ad Rhenum, capitur Joan. de Werth cum socijs belli Ducibus, expugnatur Friburgum, Brisacum &c. Cæsarei vincuntur denuo à Suecis prope Chemnitium in Misnia. Tertiò haud procul Lipsia in Sax. Quartò prope Taborum in Bohemia. Leopoldus M. aliquoties in Belgio & ad Rheni ripas clades à Gallis inflictas tulit; fortiter excepit pericula & insidias à Rebellibus structas, quarum authores extiterunt Petr. Serini, Erasmus Tettenbach, Christoph. Frangipanus, Francis. Nadasti Hungar. pleriqueComit. quos licèt capite plexos haud deseruit Emeric. Teckeli Transylvaniæ perquam cupidus.	Mathias Palatinū novum Hungaris concessit per an. 40. omissum. Carolum Liechtensteinium an. 1614. Imperij creavit Principem. Ferdinandus II. exauthorato Friderico Palatino Maximilianum I. Bavarum creavit Imperij Dapiferū an. 1623. Eodem ferè tempore Principes Imperij constituit Joan. Georgium Comit. Hohenzolleranū, Joan. Ulricū Comit. Eggenbergicum, Adalbertum Comit. de Lobkowiz, Joannem Philipp. Comit. de Salm, Bartholomæum Comit. Dietrichsteinium, an. autem 1634. Maximil. Comit. Liechtensteinium. Idem dixit Eusebium Wallensteinium primò Comit. dein Fridlandiæ Ducem, Joan. Tillium creavit Imperij Comitē, qui Principis honores sibi oblatos recusavit. Joannem de Werth inter Imperij Barones numeravit. Ferdinand. III. post initam pacem Westphalicam Carolum Ludovicum Friderici Palatini nepotem inter Electores Imperij in loco octavo constituit. Catalogo Imperij Principū inseruit circa añum 1653. Albertū Comitē de Aremberg Joannis Principis filium Lineæ Barbansonicæ authorem; Leopold. Wilhel. Carol. Comit. de Salm, Philippi Principis filiū, Joan. Weidhardū Comitē de Auersperg, Octaviū Piccolominium Comit. Italū, Albertum Franc. Comitem de Croy, &c. Leopoldus M. in Imperij matricula, ùt vocant, Imperij Principes novos scripsit Hieronymum Comit. de Portia an. 1662. Herman. Egonē Comit. Fürstenberg. 1664. Joan. Adolph. Comit. Schwarzenb. 1671. Albertum Ernest. Comit. Oeting. 1674. Eugeniū Alex. Comit. de Taxis 1681. Georg. August. Com. Nassovien. ex linea Idsteiniana an. 1688. Phil. Reinhard. Com. de Hanau an. 1696. Imp. hic an. 1692. Ernest. Aug. Ducē Hanov. Elect. Coll. Prussis 1701. Regem dedit Frid. Elect. Brand.	Ferdinand. II. Ingolstadij liberalib⁹ artibūs & scientiis instructus, Academicæ juventuti ipse Academiæ Rector exemplō prorsus rarō præluxit, jam tum sceptrō longè majori dignissimus: creatus Augustus idoneos Præceptores, eósq; omnes Romanæ Fidei addictissimos in Academijs, Lyceis & Gymnasijs constituit. Solis Societatis Jesu Patrib⁹ novem Musarum domicilia ædificavit. Ferdinand. III. mansuetioribus & severioribus literis apprimè excultus an. æt. *XVII.* Theses ex Jurisprudentia publicas defendit Spectatorum & Auditorum nobilissimorum approbatione maxima. Leopold. M. linguarum variarū simul & artiū liberaliū peritiâ rarâ insignitus, Bibliothecā Cæsareā plurimis auxit voluminib⁹ & artefactis. Collegiū, quod *Naturæ curiosorū* vocant, privilegiis ornavit; *Colleg. Imper. Historicū*, & *Colleg. artis Consultorum* dictū laudavit & promovit. Oeniponti an. 1669. in Tyroli, & an. 1701. in Silesia Academiam erexit.	Quamvis Ferdinand. II. urbem nullam inter perpetuos belli tumultus erexerit, tot tamen templa & domos Religiosas sumptibus maximis extruxit, ut cædē simul sumptæ ingentem civitatē efficerent, meritò *DEI civitatem* dicendam. Ferdinand. II. Goslariæ in Ducat. Brunsuic. simul & Wormatiæ privilegia confirmavit. Ferdinand. III. Imperij urbes Augustam, Ulmā, Norimbergā, Wormatiā, Argentoratum non tam Imperij quàm suismet viribus recuperatas, pristinis tamē privilegiis ab Imperatore vario concessis denuo donavit. Leopold. M. varias Hungariæ urbes Mahumetanis ereptas novis monumentis, propugnaculis & ædificijs alijs roboravit; Leopoldstadium ædificavit; Viennam ipsam ejúsque suburbia firmiora reddidit; Pyramidem ex pario lapide 66. pedibus altam in honorem SS. Trinitatis erexit; Judicium Cameræ dictum, Spirâ flammis combustâ, Wezlariā transtulit.

Imperatores Nomine, Stemate, Symbolô, & Imperij annîs cognoscendi.	Imperatores Romanæ Ecclesiæ Protectores.	Imperatores contra Ecclesiam vel aliquid moliti, vel passi.	Imperatores victorijs, triumphis, & pace inita glorioſi.
SECULUM XVIII.	Josephus Imperator in flore ætatis mortuus, iis vixit Ecclesiæ & Imperij temporibus, quibus dum voluit favere omnibus, vix potuit multis, præsertim in Italia, fatô immaturô ereptus Starui Ecclesiastico & Politico.	Josephus Imp. Silesîs Religionis, ût vocant, libertatem indulgere fuit coactus ab hostibus multis validissimis.	Josephus in Belgio & Italia varias de hostibus retulit victorias, inter quas venit liberatio Augustæ Taurinorũ. Landaviæ expugnandæ præsens bis Victor adfuit.
49. Josephus Leopoldi M. ex tertio connubio filius primogenitus. Symb. *Amore & timore*, 6.	Carolus VI. Orbem universum famâ virtutum verè Catholicarũ implens, Imperator simul & Rex Catholicus, Ecclesiæ à Mahumetanis copijs graviter afflictæ succurrit felicissimè. Cum Clemente XI. Pont. perpetuam concordiam servavit; post hujus fata Innocentium XIII. sibi optavit & impetravit fructu Ecclesiæ & Imperij, ût spes est, futuro maximo.	Protestantes verbîs & factis, calamîs & vix non gladiîs jam Rempublicam Christianam in Germania haud parùm turbârunt: tempestatem tamen hanc non armîs sed argumentis tanto Cæsare dignîs Carolus VI. magna ex parte sedavit.	Carolus Rex Hispaniæ hujus nominis III. per Bataviam, Britanniam majorem, & inde superato mari per Lusitaniam delatur in propria, Barcinonem ab hostibus obsessam liberavit; repetitîs dein victoriîs in Hispaniæ viscera penetravit. Fratris verò Augusti præmatura morte in Germaniam revocatus, & ob hoc ab armorum socijs quondam suis desertus Imperator, cum Ludovico XIV. Rastadij & Badenæ pacem inter multorum spem ac metum absque strepitu composuit. Dehinc Turcarum ingentes copias bis in Hung. superavit. 1. Temeswar. 2. Albam Græcam &c. adjiciens Hungar. Regno. Inducias denique cum Achmete III. pactũ, ab æmulo tamen ad bella provocatus Sicil. Regnum ab hostibus purgavit.
50. Carolus VI. Leopoldi fil. secundogenitus. Sym. *Constantia & fortitudine.*			

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imperatores Romano in Imperio bellis &c. obnoxij.	Imperatores Nobilium Creatores aut Promotores.	Imperatores Literarum aut Literatorum Mœcenates.	Imperatores Urbium vel Ædificiorum insignium Conditores. Itẽ alia varia.
Josephus cum Gallis varia fortunâ pugnans tulit clades in Belgio, & adsitis Rheno Provincijs. Carolus VI. in Hispania cladem perpessus, Imperatoris fratris morte à pugnis ulterioribus impeditus, & à Confœderatis derelictus Friburgum in Brisgoia Gallis victoribus ad tempus concessit.	Josephus Electorem Palatinum Imperij Dapiferum, Ducem verò Marloburgicum Mindelhemij Dominum, simúlque Imperij Principem nuncupavit; parem Dignitatis gradum Comiti de Lamberg concessit. Carolus VI. composita cum Francorum Rege Ludovico XIV. pace Coloniæ & Bavariæ Electores inter Imperij Status loco restituit pristino. Maximilianum Carolum de Kœwenstein, & paulò pòst Comites Fürstenbergicos ad gradum Imperij Principum evexit.	Josephus an. ætatis suæ 18. jam septem aut octo linguas calluit, perdiscens simul præclarè Historiam publicam vel ipso etiam Magistro Viro Principe de Salm &c. Scientijs alijs probè instructus, in rebus dubijs expeditè sententias maximi æstimatas Imperator dixit: Academiam variarum artium, quam *Josephinam* dicunt, Viennæ erexit. Carolus VI. linguis varijs & literis exornatus, Theses ex Philosophia aliísque scientijs defendit publicas, Magni Genitoris solatiò maximò, & totius Aulæ admiratione summa; eo ex tempore pergit esse Mæcenas Literatorum in Academijs maximè Austriacis, inter quas jure numeratur Friburgo-Brisgoica, quam novis Professoribus auxit, & studijs novis.	Josephus Regiam domum, vulgò *Schönbrunn* vocatam, expensis regijs extruxit. D. Christi Nutritium Josephum honoratus, hujus in honorem in foro publico insigne monumentum erexit, referens Virginis cum Virgine desponsationem. Pro Basilica S. Stephani campanam 324. centenarijs quin & libris pluribus æqualem fieri curavit. Carolus VI. Temeswariam & Albam Græcam cum alijs Hungariæ & Vicinarum Provinciarum propugnaculis, urbibus ac oppidis Christiani nominis hosti ereptis magna ex parte restauravit, & longè firmiora jam reddidit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Th
4894